

I. N. F.

Publ. 6. num. 57.
18

DISSE^RTATI^O
POLITICO-JURIDICA 1712,⁴

DE

ELECTIONE
IMPERATORIS.

CONTINENS

HABILITATEM
PERSONÆ ELIGENDÆ,

Quam

Adspirate Numinis Divini Gratia,
MAGNIFICI atque AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
indulta,

In Illustrissima EBERHARDINA,

SUB PRÆSIDEO

Dn. GABRIELIS SCHWEDERI, J.U.D.

Sacri Cæsarei Palatii Comitis, Sereniss. Würtemb. Ducis

Consiliarii, Placitorum Feudalium & Juris Publ.

Professoris Ordinarii.

Dn. Patroni ac Praeceptoris sui summo
cultu aeternum devenerandi.

H. L. Q. C.

Die Jun. ANNO clo Iccc XII.

Publico Eruditorum Examini submitte

JOHANNES BERNHARDUS GAUPP, Esslingensis.

KENFRIED
UNIVERS.
ZV HALIE

TUBINGÆ, Typis Vidua GEORG. HENRICI REISI.



S. I. R.
LIBERÆ REIPUBLICÆ
ESSLINGENSIS
PROCRIBUS,
VIRIS

GENEROSIS, PER QUAM STRENUIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AM-
PLISSIONIS, EXCELLENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
PRUDENTISSIMIS,

D OMINIS
CONSULIBUS,
PRÆTORI,
QUINQUE VIRIS,
CONSILIARIIS,

C ÄTERISQUE
SENATORUM ORDINIBUS,
PATRIBUS PATRIÆ MERITISSIMIS.

DN. MÆCENATIBUS, PATRONIS ac PRO-
MOTORIBUS SUIS, QUADECET OBSERVANTIA SUSPICIENDIS.

In publicam Pietatis, gratique animi Contestationem;
Ulteriorem Patrocinii spem, suorumque Studiorum
Commendationem;
Unà cum ardentissimo omnigenè prosperitatis voto
Mente manuque devotissima

Hanc suam Dissertationem

D. D. D.

Cliens ac Civis Obsequiofimus
JOHANNES BERNHARDUS GAUPP.



PROEMIUM.



Am annus est L. B. quum in Al.
ma Argentoratensium Universi-
tate, ubi Studiorum causâ per
aliquot annos versatus, sub au-
spiciis Viri Amplissimi & Con-
sultissimi, Dn. Felzii, (Patroni,
Mecanatis ac Fautoris mei, devoto venerationis
cultu aeternum prosequendi) conflictum aliquem
disputatorium publicè atque solenniter subire ge-
stirem; verum, nescio quæ rerum mearum vi-
cissitudo istud quidem propositum tum interru-
perit, atque ab inchoato jam opere manum abs-
trahe-

X

trahere, mentem aliò vertere, atque Musis istius
 us loci inopinatò jusserit valedicere. Monuit
 autem abitum parantem, *Vir ille Doctiss.* ut er-
 go, quod Argentorati ipsius suasu ac auctoritate
 firmiter quidem mecum constitueram, per tem-
 poris verò angustiam perficere impeditiebar, id in
 Tübingeri, quò tendebam, Athenæo præstare,
 meliorique otio effectui dare propriùs adlaborarem.
 Sedit hucusque animo monitum, neque imminu-
 ta etiamnum est, quæ me olim tenuit honesti pro-
 positi cupiditas. Quin imò, ex quo inde in hanc
 Studiorum Universitatem fui translatus, eadem
 aucta est cupiditas, tantoque ardentius idem cœ-
 pi desiderare, quanto optatior in illustri hac E-
 berhardinâ, quæ ob Doctorum Suorum famam
 dudum undiquaque inclaruit, discendi cumque
 Doctis Sermones miscendi datur occasio. Ne
 igitur priorem mentem penitus viderer abjecisse,
 utque tandem satis facerem expectationi jussisque
 Patronorum, quorum mandato, meritò mihi
 sanctius nihil esse debet, paginas quasdam, in
 formam Dissertationis alicujus Academicæ con-
 scribere tentavi. Et cogitanti quidem de thema-
 te al-
 mo-
 arg-
 teri-
 teri-
 Stat-
 tian-
 dab-
 ade-
 sed-
 neq-
 par-
 re-
 alie-
 risi-
 bili-
 lm-
 eve-
 lo-
 sita-
 apu-
 ear-
 de-

te aliquo ex Jure Publico desumendo, mutato animo, circa prius, quod quondam Argentinæ libuerat argumentum, placuit nunc ante alias potius Materia de *Electione Imperatoris*, utpote quam præteriti modò temporis, rerumque Germanicarum Statu ratio suppeditabat, ob suamque & elegantiā, & dignitatem, quām maximè commendabat. Cūm autem isthac materia satis lata & adeò prolixa sit, ut exindē non unicum tantum sed quām plurima argumenta depromere liceat, neque verò mihi illam in universum tractare, sed partem duntaxat aliquam nobiliorem ex ea feligere, atque exercitii gratiā, per modum speciminis alicuius Academicī proponere animus sit, hinc arsisit porrò præ aliis potissimum, materia illa nobilissima, quæ agit de *Habilitate seu Requisitis Imperatoris eligendi*. Ad quod quidem thema evolvendum, quantum pro ingeniali mei modu-
lo fieri poterit, operam dabo, ut singula Requi-
sita positionibus quām brevissimis, eo ferè, quo
apud Limnaeum occurrent, ordine sistantur, in
earumque deinceps subjuncta evolutione 1.) ea-
dem ex generalioribus Politices principiis paulò al-

tius repetantur, 2.) Leges & fundamenta quibus
 nituntur, ex Jure Publ. Rom. Germ. adducan-
 tur. 3.) Ex Historia nec non Juris Universalis
 quandoque & privati applicatione convenienti pa-
 sim illustrentur, & denique 4.) breviter sub cal-
 cem indigitetur, quomodo ista Requisita, in
Carolo Gloriosissimo Imperatore novissimè electo,
 egregiā atque excellentiori quadam ratione con-
 spirent ac deprehendantur. Cūm autem materiz
 hujus gravitas & præstantia haud quaquam me-
 lateat, probèque imbecillitatis meæ conscius, hi-
 bens agnoscam, eam præsentibus pagellis à me pro-
 dignitate sua non explicari posse, propterea à Te
 B. L. enixè contendō, velis tuo favore atque be-
 nevolentia, quam si candidus es facile mihi pro-
 mitto, conata mea qualiacunque, honestatamen,
 adjuvare, errores, & quæ minus appositiè vel ac-
 curatè dicta, æquo judicio excusare, defectus de-
 nique quosvis, qui ob argumenti sublimitatem, mea-
 rumque virium immaturitatem irrepere, tuâ eruditione
 supplere, & dum facultatum mearum tenuitas intra fini-
 plices conatus me jubet confistere, saltim cogitare,
 in magnis & volvise sat sit. Tu interea Benignissime D'EUS
 Da facilem cursum atque audacibus annue cœpius!

DISSER-

DISSE^TRAT^O
POLITICO-JURIDICA,
DE
ELECTIONE IMPERATORIS,
CONTINENS
HABILITATEM
PERSONÆ ELIGENDÆ.

THES. I.

*In Persona in Imperatorem eligenda requiritur
maxime Idoneitas seu Habilitas.*



Oncinnioris methodi gratia hancce genera-
lem Thesin præmittimus, utpote ex qua reliqua omnes
tanquam ex suo fonte descendunt ac derivantur, &
ad quam singula iterum etiam tanquam communem
originem recurunt ac referuntur. Dicimus autem in
Persona in Imperatorem eligenda requiri maxime Ha-
bilitatem seu Idoneitatem: Nimirum nihil tam aptum est, ait Cicero, ad
ipsas conditionesque natura, quam Imperium, sine quo nec dominus ulla,
nec civitas, nec gens, nec huminum universum genusflare, nec rerum na-
tura omnis, nec ipse mundus potest. Et quam impossibile sit, ut ullum
Regnum, ulla Resp[on]s[ib]ilis summa potestate, tanquam capite &
quo

A

quo totum corpus animatur, diu stare possit, docent egregie Tholosan
de Rep. L. 1. cap. 1. num. 9. Bodinus de Rep. Lib. 1. cap. 2. pag. 15.

Neque vero hoc tantum opus est, sed & id præprimis quidam ma-
xime naturale & necessarium est, ut is, cui Reip. & rerum gerendarum
summa, atque adeo totius populi salus committatur *idoneus satque ha-*
bilis sit. v. Bodin. Lib. 6. cap. 4. Quis enim non cupiat Reip. suæ, cu-
m' consulit, præfici eum, quem scit à natura & arte ad frena Reip. capel-
lenda bene instruatum? Nemo certè tyroni & bellorum inexperti exerci-
tum; nemo oceani fluctuumque ignaro navem; vel valetudinem cura-
tioni nescio; nemo in quacunque arte artis imperito se suaque prudens
committit; peritissimos semper aptissimosque sapiens eligit, quibus res su-
as credit. Unde absurdum videbatur Socrati, cum nemo quisquam scri-
nium faciendum loget ei, qui rudit sit ejus opificii, ad publicos tamen
Magistratus & Sceptra admitti, qui non instructi sunt necessariis requi-
tis. Hinc etiam Alexander M. moribundus, Consiliariis atque Amicis
suis interrogantibus, cuinam Regnum relinquere? respondit: dignissimo
vel aptissimo. Et quis non videt, quād necessarium etiam sit, quantum
que referat, ut in Elezione, ad capacitatem & idoneitatem illius, qui-
lii imperare, qui in Reip. usum & decus erigi debet, quique urbes,
provincias, regna administret, omni diligentia respiciatur; cum summis
Imperans imago & exemplar DEI in terris sit, rerum moderator & at-
biter; in cuius manu polita opes, dignitas, vita & prosperitas subdit-
rum sunt; ex cuius virtutibus, vel vitiis & defectibus, cuncta, sive ho-
na, sive mala in Remp. redundant, & breviter, ex cuius persona totius
Reip. salus & felicitas, incrementum vel decrementum, interitus vel con-
servatio, plurimum dependet. Videndum vero ante omnia est, quid hic
cujusque Reipublicæ ferant Leges & consuetudo, in populo recepta, &
quid commodi & securitatis civibus inde provenire possit. v. Puffend. de
O. H. & C. Lib. 2. cap. 9. Tantò enim utilior omnino Princeps censeur
esse Reip. quanto magis is iis qualitatibus & ingeni dotibus instrutus est,
quas Leges & mores populi requirunt; neque aliud medium ad Statum effi-
citem conservandum efficacius creditur. Hinc etiam ferè usivenerit, ut
Eligentes certas habeant Leges, secundum quas non promiscuè cuiilibet
sed certis quibusdam qualitatibus preeditis personis summam Reip. po-
statem deferant. v. Schæftorn. Polit. Lib. 2. cap. 3. Puffend. Lib. VII. c.
7. §. 6. Atque ita ergo in nostro quoque Rom. Germ. Imperio, sicut
in aliis Reli-
ctus summi-
tate for-
tum, vel e-
stare for-
tum, vel
alio Proceri-
busque ali-
cultur; t
petit novo
fundat
Id q
Kalpis
sive in-
animu
sive hunc in
ad hoc
postea d
Kalpis. d.
voce i
ipsi L
dentis &
Dijui
commanib
ales in
seqq.
bonu
mato ei
securitas
omnis ra
bonis c
figura
scientia.

aliis Rebus, omnino necesse est, ut non solum persona aliqua sit,
 ne summa habeat potestatem, summumque regnandi Imperium, sed
 que ut habeat, satis digna certisque modis idonea sit. Nam etiam si
 uante forè folio Imperiali, vel per spontaneam Imperatoris resignatio-
 nem, vel exauctorationem seu depositionem, vel mortem; statim Imper-
 ii Proceres Imperio Rom. Germ. alio capite rursus prospicere soleant,
 quoque alius solenni Electionis actu ab Illis, nomine totius Imperii, con-
 stitutus; tamen, ut effectum operetur, seu vim ac jus imperandi tri-
 um novo Cæsari electio, legitima sit oportet, sive secundum Leges Im-
 perii fundamentales, tam expressas, quam tacitas, instituta atque pera-
 tua. Id quod intelligendum, tum ratione personarum *eligentium*, tum
 ratione *electi*, tum etiam potissimum ratione *subjecti eligendi*.
 Kulpis diff. de Imp. & Reg. Rom. tb. 8. Et posterioris quidem arti-
 culi intuitu, de quo solummodo nunc pro ratione instituti pauca dis-
 curremus. *Id est*, initio statim observamus, generali etiam expressio-
 ne hominum in finem, in Legi publ. constitutum esse, ut non eligatur, nisi
 ad hoc *habilis existat & idoneus*. Aur. Bull. cap. 2. v. 2, ubi ad hoc
 praestandum juramento adstringuntur Electores. add. A. B. cap. 19. v.
 Kulpis d. I. Limn. Lib. 2. cap. 2. quis vero speciatim talis sit, sive quid
 voce *idoneus* porrò speciatim & propriè intelligi debeat, itidem alte-
 ris ipsi Legibus publ. expressis partim & scriptis, partim vero non scri-
 pta, Consuetudine scil. & Observantia Imperii, vel etiam Regulis Pru-
 dentie & ratione Statutis estimandum ac determinandum venit.
 Dijudicatur vero *Habilitas illa Imp.* vel ex *Requisitis* generalioribus &
 communibus, vel specialibus & propriis. Ex illorum genere sunt *Virtutes*,
 quid hic
 sepe, &
 offend. de
 censur
 iuctus eff.
 Statum
 enit, ut
 cuditib.
 ip. pot-
 io, sicut
 in aliis
 uales in omni Principe commandanti Politici, v. Lips. Polit. Lib. 2. cap.
 1. seqq. quoque Leges nostræ ita speciatim exprimunt, ut sit homo ju-
 venis, bonus & utilis pro salute populi Christiani. A. B. cap. 2. §. 1. & ibi
 1. Obs. 9. 10. it. I. P. 2. 2. 91. seqq. Hæc vero ex Statu vel publico vel
 privato ejus, qui eligi debet, desumuntur. Cujus respectu etiam proprius
bonitas sive *Habilitas* Imp. alias dividitur in naturalem & acquisitam.
 Naturalis iterum est vel principalis vel minus principalis. Principalis est
 ratione sexus, partim ratione Patriæ: Minus principalis constitut
 a bonis corporis & fortunæ. Bona corporis sunt atas & corporis statu
 et figura: Bona fortunæ sunt natales sive familia, vitæ genus, opes sive
 conscientia. Acquisita aptitudo in virtutibus constitut, quæ vel ad DEUM
 refe-

referuntur, ut Religio, vel ad se ipsum, vel ad alios, ut sunt reliqua
virtutes: Justitia, Clementia, Liberalitas &c. neque vero etiam ista o-
mnia & singula divisionis capita retractare, verum, ob brevitatis studi-
um, ea tantum, quae potiora & specialiora, quæque alias pro præcipuis
Imperatoris Requisitis ap. Dd. J. P. habentur, deliberate constituimus. De
quibus jam separatum in Thesibus sequentibus:

THES. II.

*Ratione Sexus Imperator sit Mas non fia-
mina.*

Pro Gynæcocracia seu Imperio mulierum actiter quidam ex Politicis pu-
gnant, eamque admitti debere autumant, quod, cum imperandi po-
testas ex virtute pendere debeat, ea tamen feminis quam maribus con-
petat: Nulli enim, ajunt præclusam esse viam ad virtutem, omnes ad-
mitti, nec censum nec sexum eligi, ut ait Senec. Esse etenim multas feminas;
quæ virilibus curis foeminarum via exueriat, inò longè ipsos Viros superent.
*v. Henric. Cornel. Agrippa in libello, de præcellentia fœminei sexus & ejusdem
supra virilem eminentiā.* Addunt his peculiarem quarundam gentium confue-
tudinem, quâ foemina olim licuit, atque adhuc hodiè licet fascibus imperi-
uti. *v. Job. Cas. in Spb. Civ. Lib. 1. cap. 3. Lip. 2. Doß. Civ. cap. 3. Petr. The-
losan. lib. 7. de Rep. 11. Dan. Otto de sur. Publ. cap. 17. § ex 17. Boer. Claff.
5. Disp. 8. Bronch. test. 2.* Verum enim vero, istis tamen non addu-
cimur, ut credamus, pari ratione feminas ad Imperium admittendas,
quâ mares, seu Reip. satis esse prospectum, si foeminae ea committantur.
Omnis quæstio est, aut de Regno successivo, aut de Electivo. In suc-
cessivo, si consuetudo est, succedere feminas, ferendum est, mulierem
mascula virtute præditam gubernationi rerum prefici, suffragante etiam ra-
tione juris Civil. quo foemina pari jure ad successionem vocatur, sublato
veteri inter masculos & feminas quoad successionem discriminē. *§. 15. Inf.*
de bared. que ab intest. Nov. 118. cap. 1. & 3. Et mos ille antiquus in-
star legis habendus est, nec ab eo recedendum: Quod si vero confuetudo
regionis hoc non ferat, qualiter e. g. in Gallia fieri solet, nullo modo ad
successionem regni admittenda erit mulier. Multò minus si quæstio sit de
Regno

Regno E
decorosa
griffina
Neronem
ravat, n
venatur.
paulli alt
ianii exe
verint, i
rum foem
enim nut
sunt prou
lium mul
strant Ti
norm, in
plerumque
illa apud
ns confisi
jicio confi
pater infi
tela consti
tempi for
virtutes
Pal. Exe
constantii fe
vid. Sch
militari G
exabilis
imperiu
amitatu
13.
bet regi
bet e

Regno Ele^tivo, quale est Imperium Rom. Germ. Nam Romanis de-
 decora^s viva est Gynæcocratia, quod innuit Tac. 13. annal. i. cùm de A-
 grippina his verbis differit: Quin & legatis Armeniorum causam gentis apud
 Neronem orantibus, ascendere suggestum Imperatoris & præsidere simul pa-
 rabat, nisi cateris pavore defixis Seneca admonuisset, venienti matri occur-
 retur. Ita specie pietatis obviam itum dederi. De cætero vero si
 paulo aliocti indagine inquirere velimus in rationes, ob quas veteres Ger-
 mani exemplo aliorum populorum, ad Habitatem Regis præcisè requisi-
 verint, ut sit Mas, hec absque dubio idè factum esse videtur: quia nimi-
 tum foeminae natura non ad imperandum, sed ad parendum nascuntur; ita
 enim naturalis fert ordo, ut serviant foeminae Viris. Aug. 153, in Gen. quia
 sunt prudentia expertes, & consilii; debile enim & imbecille esse con-
 sum inulerum, tenue judicium, intellectum planè exilem, laussum demon-
 strant Tiraquell. Lib. 1. connub. num. 70. & seqq. & Lib. 9. num. 228. Pa-
 norma, in Cons. 65. num. 13. Cagnol. in L. 2. num. 3. de Reg. Jur. Et
 plerumque muliere consilium in deterius abit. Tacit. 15. Annal. quod
 illa apud Euripid. in Medea facetur ingenuè: *Mulieres sumus ad omnia bo-*
na confilia ineptissima, malorum autem omnium artifices sapientissima. Quia
 pater consilium earum plerumque adversus propria commoda tendit. L. 6
 pater infin. C. de sponsal. Quam ob causam olim etiam in perpetua tu-
 tela constitutæ fuerunt. Cic. in Orat. pro Murena. Cujac. 7. Obs. II.
 Pateret constat, naturam foeminae vim, robur, constantiam, gravita-
 tem, fortitudinem & celeritatem in conficiendis negotiis, inò omnes pend-
 entes & requisita imperantibus necessaria denegasse. Liebenth. Coll.
 Pal. Exerc. VI. queß. 5. Hinc ut plurimum fragilitate & infirmitate, in-
 constantiā, timideitate, tarditate & contentu laborant, & è contrario in
 omnia fere via, qua imperantes velut scopulos evitare debent, inclinant.
 vid. Schenborn. Polit. Lib. 2. cap. 12. & Liebenth. d. l. Et sanc si alias
 absolute pronunciandum est, non dissimulari potest, plurima pericula co-
 mitari Gynæcoeratiam. vid. Puffend. Lib. VIII. cap. 7. §. 11. estque into-
 nabilis servitus & signum Reip. mox interitur, & ratissimè foemina
 imperia exitum felicem habuere. Sic Isaías Propheta magnam partem ca-
 lamitatum, in Regno Judaico mulierum dominio adscribit, Isaie cap. 3.
 ¶ Unde facet etiam Aventinus Lib. 1. inquit: *So bald die Weis-*
heit regieren / bedeut es nichts Guts / man schaue nur darauß / es ges-
het an ein Verderben ; & paulo ante de Ägypti Regno ; Es war schon

von Gott z. vor beschlossen / daß es zerbrochen sollte werden / darum
 mußt es zuletzt auf ein Weibes Bild fallen. Divus etiam Apostolus
 Paulus dominium feminis planè denegat. *I. Tim. 2. v. 11.* Et omnes fe-
 rē gentes feminas, quamvis proximiores, ad Imperii gubernacula non ad-
 mittere voluerunt: ut de Assyriis, Persis, Hæbreis, Ægyptiis, Grecis,
 Romanis, Abyssinis, Poenis, Turcis, Tartaris, Moscovitis testatur Be-
 sold. de Reg. Succ. Lib. 1. diss. 11. num. 12. pag. 130. Atque de Gallis,
 quod per Leg. Salicam feminas Imperii Sceptris prohibuerint, tradit Ho-
 temannus in Franca Gall. cap. 9. & 10. add. Bachov. part. 1. disp. 8. the-
 2. lit. a. fol. 396. Limn. Notit. Regn. Franc. l. 2. cap. 8. lit. ee. Cowring.
 de O. I. G. cap. 7. Besold. d. diss. 11. num. 2. cum seqq. Eberhard à Weibe
 traxat. d. Success. & elect. prærogat. L. 1. & plures à Besold. d. 1. citati.
 Quando verò exempla objiciuntur quarundam virtute præditarum mulie-
 rum, ad constitendum muliebrie fastigium ea non sufficiunt, quando
 quidem rara ista fortitudinis muliebris exempla deprehendimus; & quod à
 communi naturæ Lege seu cursu exorbitat, non trahendum ad consequen-
 tiam v. Schœnb. l. c. Limn. L. 2. cap. 2. num. 49. Proinde in Imperio
 etiam omnibus temporibus feminas à Regino fuerunt exclusæ & sep-
 per potius solis viris relicta fuit hūc usque gubernandi provincia: nam
 quidquid masculum, naturā magis factum ad imperandum feminineo. A-
 ristot. l. Pol. 8. & genius Germanorum imperium muliebrie nunquam tu-
 lit. v. Horn. J. P. cap. 17. §. 8. nec deceret tot tantosque principes de
 industria supra se feminam tanquam dominam atque caput constitue-
 cūm penes ipso sit, eligere masculum. vid. Auth. des Reichs-Staats
 p. m. 77. Et licet olim quidem Augustæ in consortium Imperii afluxer-
 legantur, sub Imperatoribus tam Francicis quam Saxoniciis, ubi scil. tam
 lauta conditio Augustarum ferè erat, ut in curiis judicialibus sedes iis affi-
 gnatae proximè ab Imperatore, & in consortium curarum publicarum ad-
 missæ sint. v. Goldast. Tom. 3. Conf. Imp. f. 292. item qui causas suasorias
 attigit. Jac. Brunnem. in J. P. Prud. Diff. IV. §. 25. conf. Rhei. J. P. L.
 1. Tit. 2. §. 40. & seqq. Illud tamen siebat non ex jure alicujus successio-
 nis vel electionis, sed tantum per modum alicujus privilegii, quod in-
 ter alia jura Imperatrix cūm in Augustam renunciaret, obtinebat. vid.
 Schilter J. P. L. 1. T. 16. §. 1. Idque hodiè adeò planè mutatum est,
 ut præter splendorem & reverentiam sumnam personalem, ob connubii
 vinculum, illæ cancellos privatrum & subditarum Maritorum suorum non
 egredi-

grediantur. Licet etiam hodiè Imperatoris conjux coronari soleat, tamen
 illa coronatio non arguit aliquod imperium, quod Imperatrici competit,
 sed significanda saltē & confirmanda summa exsistimatiō felicitati,
 quā eadem gaudet, instituitur, ac simul earum continuatio à DEO expe-
 titar, conf. Titius in Spec. J. P. L. s. cap. 2. §. 20. Requisiti autem hu-
 jus necessitas ex famosa illa Legi Salica deditur. vid. Kulpis, ad Moni-
 tamb. cap. 1. §. 3. 4. quæ antiquis & fundamentalibus Francorum Legibus
 annumerari consuevit; ex undecim opinionibus, quas refert. Linn. Lib.
 2. J. P. cap. 2. add. Func. Orb. Imper. part. 2. cap. 3. Erotem. 72. Hu-
 jus enim Legis celebris quidam articulus est, qui foemellas ab universa
 Regni hereditate excludit, omnemque successionem ad solos masculos re-
 diriugit: Verba Legis, deducta ex Tit. 62. de Alod. Leg. Sal. §. 6. hac
 sunt: De Terra Salica, nulla portio hereditatis mulieri ve-
 riāt, sed ad virilem sexum tota terrae hereditas perveniat.
 vid. Gold. Tom. 3. Conf. Imp. p. 16. & Guillelm. Postel en son Livre de
 la Ley salique chap. 14. pag. 33. & Bellegard. dans l'art de plaisir dans la
 conversation p. m. 121. Quo ipso fundamento etiamnum hodiè Agnatica
 Successio in Gallia itemque Ducatu Sabaudiae maximè niti putatur. vid.
 Fuuccius in Brev. Orb. Imp. Tome. 1. p. m. 428. & Tom. 2. pag. 48. At
 vero hujus Legis autoritas, si non sufficere videatur, usus & Observantia
 Imperii in subsidiū erit vocanda vid. Conring. de Orig. Jar. Germ. cap. 7.
 p. 37. plura enim, potissimum in Imperatoris Electione, consuetudine
 acque Observantia recepta sunt. vid. A. B. pagin. Carpz. Dogm. 3. ad dis-
 cuss. Vott. Septemvir num. 12. & seqq. Virtiar. L. 1. J. P. T. s. §. 3. &
 Kulpis pecul. diff. de Observantia Imperii §. 7. 17. & seqq.

Jam autem quod primum hocce Requisitum attinet, de eo qui-
 dem, tanquam re luce meridiana clariori, utrum *Carolo nostro* conveni-
 erit, vel non nemini unquam sana mente prædicto, vel minimam dubitationem
 subvenire posse existimo. Neque vero Ille ratione nudi Sexis solum mo-
 do, sed & omnium omnino, quæ Viris alias communiter & ut pluri-
 muli convenient, Virtutum ac qualitatum, in masculorum numeru-
 m est referendus. Fateri hoc coguntur, vel ipsi hostes *Eius*, ut qui pri-
 dem experti, ipsis haecenus non cum foemina, sed Viro, non muliere
 sed Heroe invictissimo rem fuisse. Testari etiam imprimis presenti bello
 potest Hispania, de *Caroli nostri* circumspecta in rebus gerendis Pruden-
 tia, de magno in aggrediendis arduis quibusvis animi robore; de excel-
 lissime

fissima pariter in adēundis & perferendis laboribus, variisque terrā maiisque periculis, fortitudine; de invictissima in omnibus, Justitia & universa Germaniae, inō totius Europæ utilitatis gratia, semel suscepit negotiū, Constantiā; & aliis denique heroicis & Viris propriis virtutibus, quibus re ipsa hostibus suis se se ad hunc usque diem masculè opposuit, masculè omnia tentavit, masculè omnia adhucdum sustinet & perficit, usque adeò, ut propterea, Carolus ad Regna atque Sceptra omnino natum factumque esse clatissimè appareat.

THES. III.

Ratione Patria Imperator sit Germanus.

Multis ea animis infixa est opinio, etiam exteris patere debere adiūtum ad moderanda frena Reipublicæ, quod hoc modo videatur tolli æmulationis studium inter cives, tum quod vires illius Reipublicæ, ad quam gubernandam exterum suum adjungit potentiam, augeri possint: tum denique, quod illustria hujus rei passim extant illustram Kerumpublicarum documenta. Ex alienigenis enim accessris fuisse legimus Reges aliquot, & Principes. Verum quantascunque illi rationes, quæcunque exempla adduxerint, nunquam tamen cum iis faciemus, ut statuamus, extraneos in Rempublicam facile admittendos: Originarii enim melius Patriæ affectu quam exteris ducuntur, qui talem affectionem erga subditos non suæ gentis fovere haud censemur, neque etiam tam promptè subditorum animos sibi devovere, ac si indigenæ essent: numerum propter linguarum motumque diversitatem & disrepaniam, fænū dissensionum occasionses in Imperio facile exoriri possent. Nec tam laudabiliter etiam regere presumunt extraneus Princeps, quia mores & ingenia subditorum extraneorum difficuler perspecta & cognita habebit. *videtur* Wurmser. Ex. I. quæst. 1. Quare etiam verè Lipsius: *Uit in quam deum vestillones veniant, signum est funeris; sic Reipublica labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini.* Sunt enim fere *macrourous*, qui sibi sicut tantum proficiunt, parum solliciti, quid de Regni & Reipublicæ viribus sint. Quin etiam Principis externi jugum molestissime ferunt subditos & nemo adeò patiens est, ut ejus Reipublicæ, in qua natus & educatus est, curam alienigenæ commissam ferat. Patentur hoc Scythæ *apud Curt.* Lib.

Lib. VII. coram Alexandro Magno : Nam ut fortior sis, inquiunt, quām
 quāquam, tamen alienigenam dominum nemo pati vult. Et *Lycurgus* apud
 Lacedemones omnīmō prohibuit, ne peregrini in urbem, multē minus ad
 urbem gubernacula admitterentur. Nar̄tes natione Gr̄ecus, Romanis ali-
 à feliciter imperans, nulla alia ratione accusatus est ab iis, & imperato-
 ri potestate dejectus, quām quod exteri hominis imperium ferre nollent.
 Autem *Guevara in Horolog.* *Princip. Lib. 1. cap. 16.* Neque etiam po-
 terit peregrinus Princeps à periculis tutus esse, nisi validissimo pr̄fido se
 ipsū imprimis, deinde arces munierit. *Bodin. 6. de Rep. cap. 5.* Illa
 vero externa pr̄fida plurimum Reipublicā detimenti inferunt. Taceo,
 quod sāpiū regnum desertur extraneo, illudque repudiatur ; que res
 sōlo exicit tumultus interim dum interregnū est, atque adeò illa re-
 solatio cum dedecore ejus regni, quod obtulit conjuncta est. Alias ra-
 sones, qua ne extraneus eligatur, persuadent, adducit *Tholozan. de Re-*
 publ. *Lib. 7. cap. 4. per tot. Kekerman Syst. Pol. Lib. 1. cap. 2. num. 3.*
H. Reinck. L. 1. Cl. 3. cap. 4. Zevecot. in not. pol. ad Flor. L. 2. cap. 2.
H. Reinck. L. 1. Cl. 3. cap. 4. Zevecot. in not. pol. ad Liv. L. 1. c. 2. Quanquam fateamur in qui-
 busdam regionibus Imperii habens exteris quoq; communicari, idque plerum-
 que sit ex singulari quadam ratione, ubi necessitas vel salus publ. qua in poli-
 tici semper suprema lex esse debet, aliud expostulat. *Reinb. Kænig. ap. Gold.*
Pol. Imp. p. 14. p. m. 655. Keckerm. d. l. Schoenborn. Pol. L. 2. cap. 5. Et
 in nostro quoque Imperio R. G. olim exteros admisso fuisse constat ex Bo-
 din. *de Rep. Lib. 6. cap. 5. p. m. 1177.* Id quod verò hodiē prorsus mu-
 tamur, atque optimè jam inde à multis seculis est introductum, ut qui
 Imperio Rom. Germ. per electionem pr̄ficiendus est, sit Germanus. Et
 hinc quidem, quod etiam alias quam Germanus Imperator eligi possit
 negant. *Buxtorf. ad A. B. Concl. 31. lit. d. Arumanus vol. 1. Disc.*
*4. d. J. P. Thuan. L. 2. Histor. Strauchi Ex. 4. thes. 4. aliique, pro-
 vocantes ad Legem aliquam prohibitivam scriptam.* Alii è contrario
 putant, nulla planè Lege cautum esse, ut Germanie stirpis duntaxat in Im-
 peratorem eligatur, exemplo Richardi Ducis Cornubiæ, Alphonsi Castellæ
 Regis, Eduardi III. Regis Anglia, Hacquini Regis Norvægia; ita tamen,
 ut non nisi extremā necessitate cogente, ad electionem peregrini perve-
 niatur: quia Electio peregrini pr̄potentis plerumque periculo non caret.
 At verò, sicuti ut Germanus Princeps in Imperatorem pr̄cisè eligatur,
 nullam hodiē expressam & genuinam Constitutionem, nec in A. B. quid-

quam sancitum reperire licet, ita quoque, nulla planè Lege prohibutum esse extraneum eligere, exempla allegari solita non probant. Ut ut fortè, extremitate necessitatis telo urgente, Electores tandem ad peregrinum pervenire posse concedi queat. Ceterum nos illorum sententiae subscribimus, qui rectius id Requisitum à longa & immemoriali, sancte hastensis in Imperio conservata consuetudine, vel inveterata obseruantia deduci statunt. vid. Herm. Herm. cap. 8. quaf. 10. Knipis de Observantia Imperii §. 17. & seqq. Observantia autem istius veritatem, ex affectu Germanorum, repetere licet: Nam sicut omnes ingenii electioris gentes, ob initiam sui ipsius estimationem, externam dominationem aversantur, ita Germanos quoque eam aliquia lege exclusisse, adeoque morem eligendi habentis adhibutum, in terminis indifferentis alicuius placiti non subfinitile, sed in Legem abiisse existimandum est. conf. Kulp. de Observant. Imp. tb. 17. & Obrecht. de Elec. Imp. tb. 4. Neque etiam desunt rationes speciales, & quidem urgentes laudabilis hujus Observantiae, quod jam per tot secula nullus alius quam Germanus stirpe & sanguine solium Caesarum concenderit, utque etiam imperium nonnisi ex Germanorum Genite ortus debeat adimiti. Nam constat, decus & dignitatem Imperii à Germanis in Personam Caroli M. ob virtutem ejus & fortitudinem translatum esse, siveque ad Germanos pervenisse. Cap. Venerabilem. extr. d. Elec. Reink. d. Reg. Sec. & Eccles. Lib. 1. cap. 4. num. 5. Ne igitur decus hoc Imperii ad exterios Principes transferretur, neve Imperium in servitutem eorum redigeretur; saluberrimus & inveteratus Imperii mos sic invaluit, ut non aliis nisi Germanus Imperator eligatur. Quam rationem ut prægantem quoque Moguntinus Elector, cùm, ne Trevirensis Archiepiscopus pro Francisco I. Galliarum Rege votum daret suum, veneretur, ponderavit & prætendit: tandemque etiam obtinuit, ut non Galliarum Rex, sed Carolus V. electus fuerit. Schleid. L. 1. Comment. Quam etiam Observantium, & quod indignum foret, aliunde querere Regem, & dignitatem à Germanis virtute & fortitudine acquisitam ad exterias transterre nationes, probat Schreibensydie Produktion de an. 1532. Carolo V. à Statibus traditum, ubi inter alia: *Dass auch keiner zu der Höheit eines Deutschen Königs und zukünftigen Kaisers erwählt soll werden / essey dann von einem Fürsten Deutscher Nation geböhren.* Goldast. in Politischen Reichss-Händeln part. 2. p. m. 144. Et præterea si is deum eligendus est, qui est idoneus. A. B. d. cap. 2. nullum sanc magis idoneus

idoneum inveniri posse puto, quām qui ex Germanorum familiā descendit, quoniam horum res gestas universus terrarum orbis immortali laude decantat; & certè Germania Principes nisi aliis Principibus maiores, semper tamen pares fuere. *Linn. J. P. Lib. 2. cap. 2. num. 82.* Denique etiam absentiam Imperatoris, quam infert electio peregrini, non patitur Imperii salus, & praesens rerum Status. *Reink. d. R. S. & E. L. 1. Cl. 3. top. 4. num. 10. Carol. von Hagen J. P. L. 2. cap. 1. num. 12.* quis enim tam stupidus, ut sua curare non malit, quām aliena; quis autem populus Legatorum Imperia patienter latus est? ut ex Bodin. ait Reink. l. c. Georg. Obrecht. d. Jurisd. Lib. 2. cap. 2. num. 13. *Rumelin. diss. ad A. B. p. 1. diss. 4. in Corollar. Dan. Otto d. J. P. cap. 8. pag. 115.* Hinc Status in Comitiis Eslingenibus de Caroli V. in rebus Imperii turbatis absentiā valde conquefti sunt Recess Imper. d. an. 1526. §. Und nachdem Laysert. Majest. &c. ibi: *Dass Ihr Kawserl. Majest. so es möglich wäre / auf solcher Versammlung in eigener Person erscheinen / in Betrachtung / das solches ganzer Christenheit dem Romischen Reich / und sonderlich Deutscher Nation, zu viel gutem reichen / und in schwerer sorglicher Last / darin die Deutsche Nation jezund stehtet / nicht ein geringer Trost seyn würde.* Ut ergo recte omnino dicatur, peregrinos ad dignitatem hanc Imperatorem admitti non posse nec debere. Germanus tamen affectui & hinc orta Observantiae satis fit, dummodo eligatur Imperator, Germano sanguine cretus; ut autem praeceps in Germania natus sit, id non requiritur; nam Germanus dicendus & is, qui patre vel avo Germano, licet extra Germaniam natus sit; filius enim originem patris sequitur: *l. assumptio 6. §. 1. ff. ad Municipal. etiam in muneric. & 2. Exemplum reperire licet in Ferdinando I. qui Medina in Castilia, lucem a specie, patre Philippo I. Hispan. Rege, avo vero Maximiliano I. Imper. German.* Non minus exemplum quoque in Friderico II. occurrit: hic enim licet in Sicilia Panormi natus, tamen quoniam patrem habuit Germanum, nimirum Henricum VI. Imperatorem, natione Germanum, ad Imperialem dignitatem electus fuit. *vid. Arum. vol. 1. disc. 6. ubi latissime hoc argumentum persequitur. add. Herm. Herm. cap. 8. qu. 11. § 1seqq. Peucer. L. 5. Chron. in Vita Friderici II. Henning. Greden. Consil. 1. num. 3. Petr. Heig. part. 1. qu. 6. n. 44. Ant. Coler. d. Jur. Imp. Germ. Sess. 25. Rumelin. ad A. B. part. 1. diss. 4. in Coroll. circa fin.* B 2 Quid.

Quid autem nunc circa hocce Requisitum dicendum? Sanè historiam simulatque Tabulas Genealogicas paulò penitus insipientes, deprehendimus, *Carolum* non tantùm à Parente vel Avo Germano, verum insuper longè à Majoribus per plusquam quadringentos & quinquaginta annos, & ex vetustissima Gente Teutonica ortum suum sanguinemque trahere. Descendit etenim à Rudolpho illo I. Comite Habsburgico, communī Austriae coronū stipite, ex cuius Descendentibus jam jam quoduordecim præter *Carolū nostrū Imperium Rom. Germ.* ydit Imperatores, eosdemque omnes omnino Germanos, qui etiam quò usque quāmque verè tales essent, hoc ipsum nullo non, tam belli quām pacis tempore, evidentissime demonstrarunt, seseque reapsē Germanos, seu quod idem est, Heroes fortis ac generosos semper præstiterunt, pugnando videlicet tam fortiter, toties quoties occasio & necessitas poscebat, pro Germaniæ suæ nunc libertate, nunc utilitate, eandemque ab omnibus quorumvis hostiis insultibus ac injuriis defendendo atque acerrimè vindicando. Ut ad eo certissima tantaque uberior spes maneat, fore, ut *Carolus noster*, qui in illo ipso solo, ad quod regendum modò accessit, satus natusque, imò & educatus, omnibusque virtutibus à teneris imbutus est, Augustissimorum Majorum suorum vestigia pressurus, suamque Germaniam, idem verè Germanus, hand minori laude, eoque magis sit recturus, quod ipsomet res patriæ, provincias, mores, animos & ingenia subditorum suorum, non ut extraneus aliquis incognita, sed maxim perspecta penitusque dudum cognita habet, qui que ob id ipsum autoritate apud suos non mediocri valebit; quem etiam universi orbis populi Imperio Rom. G. non solum optimum Imperatorem, sed & brevi forsitan, (quod faxit DEUS) pristini Germaniæ splendoris, patriæque felicitatis Restauratorem quām felicissimum suspicient ac mirabuntur.

THES. IV.

Ratione etatis in Imperatore futuro requiritur perfecta etas.

Inspecto Jure Civili deprehendimus, quod communiter juvenibus aucte 25. etatis annum honores publ. & Reipubl. administratio non conferantur. L. 8. ff. de Muneribus & Honorib. L. 6. & 11. ff. de Decurionibus.

ibus. L. 2. ff. d. Juv. Immun. L. 2. ff. d. R. J. Juvenile enim vitium
 est, inquit Seneca in Troade, regere non posse imperium. Et idem in Oſav.
 juvenilis ardor impetu furit: langueſit idem facile nec durat diu. Et juve-
 nibus nec animus rebus gerendis concalluit, nec ætas usum dedit bene sua-
 dendī. Cic. Quippe ingenita est illi ætati imperitia, utpote rerum omni-
 um inexperta, atque ideo Homerus imperitos νεανις & pueros appell-
 ait, quae consuevit. Quia etiam de causa legimus, quod Soloi juvenem quem-
 quisque eti senilis sit sapientia, ab aditu sui Senatus arcendum putarit, ne
 quæ huic ætati propria est, inconsiderantiā Remp. & quæ prohac capiun-
 tur confilia perdat. Stob. Serm. 114. Num igitur in Electione ætatis five
 senilis, five senilis habenda sit ratio, vel an juvenes Senioribus, an
 Senioribus juvenibus sint præferendi, acriter iterum à politicis dispu-
 tatur, in utramque partem probabiles afferentibus rationes. vid. Melch.
 14. Kekerm. ex Cic. L. 1. cap. 2. num. 5. & Loccen. in Loc. Pol.
 14. Schæb. Pol. L. 2. cap. 7. Nostra sententia breviter hæc est: quod,
 Seniores apud Veteres adeò venerabiles fuerint, ut eundem ho-
 nem, quem Magistratibus exhibuerint, tamen Seniores junioribus abso-
 lute & indifferenter in Regni administratione non sint præferendi, nisi virtute
 & Prudentia illis antecellant. Arnis. Doctr. Pol. cap. 12. Nam qui annis
 etiam abundant, prudentia vero destituti, honorem non merentur; cum
 Senatus laudabilis existat, non ob annorum numerum, sed morum gravi-
 tatem & Sapientia cumulum. Guazz. d. Civil. Convers. L. 2. Hinc Indi-
 miliam Semibus prærogativam tribuerunt, nisi prudentia præcellentibus.
 Arat. ex Strabone Doctr. Pol. d. 1. Nec defunt exempla, maximis etiā
 Imperiis & regnis fuisse præfectos adolescentulos: Salomon duodecennis
 Regno potitus, dijudicavit controversiam illam interduas mulieres. 3. Reg.
 Ignatius Martyr. ep. ad Magneſianos. Manasses annorum erat 12.
 Iohannes & Joachim octo. 4. Reg. 22. Sic apud Scythas duo Regii Juvenes
 Vitas & Scolopitus regnavere. Justis. Hist. L. 2. cap. 4. num. 1. In
 Macedonia Philippus, mortuo Antigono tutore eodemque Vitrico, au-
 sum quatuordecim Regnum suscepit. In Asia inter se Seleuco im-
 perator adhuc Rex Antiochus constitutus est. Ariathi puero admodum pa-
 tri ipse tradiderat Cappadociæ Regnum. Justis. d. 1. Theodosium ja-
 sonem adhuc in cunis vagientem pater appellavit Augustum. De Ale-
 xandro Severo Herodian. L. 6. in fin. Milites Alexandrum Imperatorem
 confusatutum in Aulam Palatinam deduxerunt, adolescentulum admodum

& adhuc avia preceptis obtulerantem. Ladislaus Rex Hungar. duodecim annis administrationem Regni sibi usurpavit. In Regno Portugallie, Rex si modo decimum annum attigerit ad Imperium admittitur. *Thuan.* L. 65. h[ab]it. Et quamvis similiter Lege Francorum cautum fuerit, ne quis promoveretur in Regem priusquam quartum atque vigesimum compleveret annum aetatis, teste *Gold. Conf. Imp. Tom. 1. p. 4.* Nihilominus tamen in Imperio Rom. Germ. ratione aetatis nullam expensam habemus Legem, vel etiam consuetudinem. *Limn. I. P. L. 2. cap. 2. num. 7.* *Schütz. J. P. Vol. 1. th. 9. lit. f. Otto I. P. Cap. 8. Spreng. J. P. p. m. 137.* *Liebenhal. Coll. Pol. Disp. 8. tb. 18. Buxtorff. ad A. B. Concl. 31. lit. f.* *Carol. v. Hagen. J. P. L. 2. cap. 1. num. 12.* In Imperatoribus enim nullam ferè aetatem esse observatam testantur undique historiae. Ita namque varia exempla Imperatorum in minori aetate, & quidem variis annis gradibus constitutorum reperiuntur: Otto tertius admodum puer anno aetatis 6. Henricus III. anno aetatis 12. Henric. IV. 8. Frideric. II. 20. Carol. V. 19. Wenceslaus 15. Ferdinandus IV. 20. Leopold. 18. & nuperim defunctus Josephus glor. mem. anno aetatis $\frac{1}{2}$. Rex Romanorum electus est. Cautum tamen Capitulatione Ejusdem art. 47. fuit, ne casu exitente ante 18. annum completum, in prejudicium Vicariorum Imperii, ejusdem sufficiere possit regimen. Nec tamen ista definitio in d. C. Josephi pro universali ac Electoribus immutabili Lege haberi potest. Quamvis inter utique non repudianda videatur *Limnei* opinio, *J. P. II. 2. num. 75.* quam à proportione Electoralis aetatis argumentum ducit, ita tamen ut Electorum examini insuper res relinquatur. vid. *Limn. ad E. B. cap. 2. §. 2. Ob. ip. Rhet. J. P. L. 1. T. 4. §. 31.* melius enim omnino est, si Imperator in aetate prosector, quia ex aetate imperfecta imperantis, multa capitis pericula surgunt, & multa in Rempubl. incommoda redundant.

De Caroli autem nostri idoneitate ratione aetatis sua, nihil quoque jam dubii adeat. Constat enim Eum jamjam annum 26. complexisse & egressum esse, vid. *Hübner. Genealog. Imp.* Habetque ita aetatem illam perfectam & in exsuperantia, quâ quis alias communiter ad Reipublica administrationem & negotia publica, idoneus & habilis censetur. *L. 8. ff. d. Munerib. & Honorib. L. 6. § 11. ff. d. Decur. l. 2. ff. d. Jur. Immun. L. 2. ff. d. R. I.* Et quid opus est in Caroli aetatem inquirere? Jure quippe merito dicere possumus, Eum jam diu antequam pervenisset ad annos 18. & quād adhuc multo minoris esset aetatis, maximè idoneum & ad-

summa Regnum gubernacula subeunda dudum quām capacissimum fu-
 ille. Nam si, ut verē est, vitam non tempus metitur sed usus; animi,
 non anni, ætatem faciunt; si etiam, quando mores adiunt, in omni æta-
 te senes sumus, & maiores ætate, si majora molimur, & perficimus; v.
 Val. Max. 9. 12. pr. Si denique omnis vita, ubi rem ad recta rationis
 normam exigimus, non annorum numero, sed actionibus computanda &
 estimanda; conf. Curt. Lib. 9. cap. 6. §. 19. (quam ob rem etiam non
 videbatur Tacito parum vixisse Agricola, quanquam medio in *ffatio integra*
etatis erexit: nam quantum ad gloriam, longissimum evum jam peregerat.)
 Fons sanè quoque de Carolo aliter pronunciare nemo poterit, quām, Eum
 eidem jam superioribus primæ ætatis temporibus, non tam numero anno-
 rum, quām potius animi & rerum gestarum magnitudine & virtutum
 preflavida metiendum fuisse. Sive enim spectemus in *Ilio*, generosissimæ
 modis dotes, sive actionum ipsius momenta, uberrima ubique sese exhibe-
 bat judicari maturitas, perspicacissima agendi sagacitas, & summa rerum
 grandiorum prudentia ac aptitudo. Demonstrate hoc itidem possunt, bel-
 licas quas hodienum contra hostes suos facit, expeditiones; arima qua tra-
 ceras; victoriae quas cumulavit; castrorum & itinerum terrā marique in-
 commoda, qua incredibili labore, ingentique animo hastenū sustinuit;
 paque heroica facta, qua publica quotidie fama nos docet, longā verò
 pars hīc commemorare nostri instituti ratio prohibet. Ex quibus utique
 superque appareret, perfectissima Caroli ætas, nec non exquisitissima
 ad magna omnia capacitas, qua uti sepe jam in primo Juventutis flore tam
 praeclarè exseruit, ita incredibile ferè est, quanta media & quanta denique
 ultima vita de tanto Heroe nobis promittat. Quandoquidem id quod ap.
 Corn. Nep. de Magno illo Atheniensium Duce Miltiade legitur, verissi-
 me etiam, inò longè majori ratione in *Carolum nostrum quadret, quod*
omnium maxime floreat, et quoque sit atate, ut non jam solum de Eo
bene fierare, sed etiam confidere cives possint sui, tamen
lēm futurum, qualem cognitum jam
judicarunt.

THESES.

THES. V.

*Ratione Natalium Imperator sit Persona Il-
lustris.*

Nobilis apud Politicos dicitur tribus modis: Primo loco collocantur ii, qui & sua & Majorum virtute nobiles sunt, armis vel literis claritatem adepti. Secundo gradu sunt ii, qui tantum sua virtute sunt nobiles, accedente beneficio Principis, nobilitatis jura concedentis. Tertio loco sunt, qui tantum Majorum crepant imagines, propriae virtutis egentes. In quos quadrat istud *Juven. Sat. 8.*

*Stemmata quid faciunt? quid prodeft Pontice longo
Sanguine censeri, p[ro]bosque ostendere vultus
Majorum & stanta in curribus Emilianos?
Quis fructus generis tabula jactare capaci
Famosos equitum cum d[omi]natore magistros,
Si coram Lepidis male vivitur?*

Et illud Ovid. ad Pison.

Perit omnis in illo

Gentis Honos, eius laus est in origine sola.

Non immixtò ergo queritur, quinam ex iis alteri in ordine & dignitate sive electione sit praeferendum? Et quidem quod attinet Nobiles genere vel virtute tantum, quamvis alii varias rationes adferre soleant pro Nobili facto; alii vero contrarium verius putantes, pro Nobilitatis antiquitate pronuncient; tamen nos cum *Dn. Liebenth. Coll. Pol. Ex. X. qu. 6.* questionem hanc sequenti distinctione concludimus: nempe si nobilis genere à parentum virtute deficerit, & sic suapte culpa & genere cecidit, & genus ingenuum improbarit, quod tunc Nobilis virtute commendabilior sit, & ob id Nobili genere praeferendum. Ubi considerandum venit illud: *Non est nobilis, qui de nobiliori genere, nisi & ipse bonis polleat moribus, quos urget Salic. in l. providendum C. de postuland.* Contra vero quod & genere & virtute simul, utrique istorum omnino sit praeferendum, quia is demum perfectissimam possidet nobilitatem. *Arisif. D[omi]n. Grin. Pol. c. 12. Guazz. d. Convers. Civ. L. 2. p. m. 163. vid. Bald. in l. nobiliore in fin. C. d. Comm. & mereat. L. nemini in fin. d. advoc. div. j[uris] dic.* Hoc igitur posteriori modo Imperatorem Roman. German. gente & mente

mente nobilem esse requirunt, idque in sensu excellentiori, quatenus
Principes, Duces, Comites, generali appellatione Nobilium comprehen-
duntur. *Buxtorff. ad A. B. Concl. 31. lit. a. Sprenger. J. P. cap. 3.* Est
autem nobis hoc in loco precipue sermo de Nobilitate generis, nam quid
de altera, qua virtute constare dicitur, & in quovis Imperante necessario
requiritur, statuamus, illud supra in Thes. I. innuimus. Sit ergo eligen-
dus ex familia illustri & genere nobili progenitus, non vero obcluro loco
natus, vel infimae conditionis. *Limn. J. P. L. 2. c. 2. num. 79. Otto. J. P.*
c. 8. p. 161. Sprenger J. P. c. 4. Sobütz v. i. disp. 2. th. 9. lit. G. Melchior. Jun.
qu. 16. Buxtorff. ad A. B. d. l. Carol. von Hagen. J. P. L. 2. c. 1. n. 12. Tum
quia dignitatis & familia splendor majorem autoritatem, benevolentiam
& reverentiam Imperanti conciliat. *Limn. J. P. d. l.* Tum etiam propter
spem, quam de illis concipimus, qui ex praclaris parentibus sunt prognati,
uti tradit *Speculat. in Tit. de Feud. 8. quoniam super vers. 5. vid. Lie-*
buth. Coll. Pol. Ex. X. queſ. 6. Et quo quisque nobilioſi stemmate
prognatus est, eo clariori judicio & ingenii rectitudine præfulgere censem-
sus est, uti dicit *Imp. Justin. in l. inter clara C. de S. S. Trinit. eumque secuti*
Dd. in l. d. & alii: Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. n. 21. ubi plures alios
allegant. Mascard. de Probat. vol. 3. Concl. 1094. n. 4. Menoch. L. 5. præ-
sump. 4. n. 6. & L. 6. præf. 59. Chassan. in Confuet. Burgund. rubr. 4. §.
25. vers. contre gens nobles &c. Et denique illi; qui ex nobili familia nati,
præsumuntur etiam habere majora virtutis semina, & esse procliviores ad
imperios heroicos, secundum mentem *Keckermann. Syst. Pol. L. 1. c. 2. n.*
4. Saved. Symb. 17. p. m. 120. & seqq. His accedit, quod humili loco
orti & ad fastigium honoris evesti, plerunque impotenter se gerant, pri-
mina sua sortis ac conditionis immemores, de quibus *Claudian. L. 1. in*
Eutrop.

Afferius nibil est, humili cum surgit in altum. Sc.

Hinc etiam recessum est in Imperio nostro R. G. à moribus aliarum
gentium, quæ nonnunquam ex infimæ plebis face sibi Reges elegerunt,
cujus rei exempla *v. ap. Schenborn. Pol. L. 2. c. 4.* nec in alijs tantum Re-
gibus haec talia acciderunt, sed in antiquo Imperio Romano quoque, non
nullorum Imperatorum exempla reperiuntur, qui ad summa honoris fasti-
gia ab infima conditionis statu sunt evesti. Verum tamen hodiè uti dixi-
mus, res planè aliter sese habet, adeò ut hodiè, non quidem ex lege ali-
qua scripta, attamen usu inveterato & consuetudine, nunquam hac tenus

C

per

per aliquot secula, interrupta, nullus nisi qui ex illustri familia natus est, ad Imperii gubernacula evenhi possit. *vid. Linn. J. P. 2. 2. 80. & Tom. I. addit. p. 206. Kulpis de Observat. Imp. §. 22.*

Sub illustribus autem familiis comprehendimus quoque stemmata eminentium Comitum. Et quidem quoad Comites eò minus id negandum putamus, quo plura prioribus temporibus exempla prostant: ita enim ex illorum classe ad Imperium evenctos legimus Wilhelnum, Rudolphum, Adolphum & Güntherum. *vid. Linn. J. P. d. l. Otto J. P. d. l. Sprenger J. P. cap. 4. num. 138. Becker Synops. J. P. cap. 2. num. 3.* Quamvis hodie quidem, cum Imperator Romanus necessario opulentus ac potens esse debeat, istiusmodi electio in Comite, trespœtu utilitatis seu ratione statutus hodierni, haud facile expectanda vel speranda sit; interim tamen, si casus continget, & forte Comes Imperii sufficientia bona haberet, ad sustinendam Imperii Majestatem, illum optino jure eligi posse existimamus. *vid. Vitriar. J. P. cap. V. §. 2. & talis in Imperatorem electus, haud dubie non minus pro Summo Imperii capite venerandus atque respiciendus foret, ac si originem ex illustrissima Principis alicujus familia duceret.*

Quod si autem nunc etiam ratione hujus Requisiti, Caroli ad Imperium idoneitatem inspicimus, scimus, *Eum ex Austriae Gentis prosapia originem suam trahere, quam vel nominare tantum sufficere potest;* usque adeo enim planè ignotum nemini est, residere penes Eam, quam eminentissime, omnem, & antiquissimi & illustrissimi generis dignitatem ac splendorem, *qua dudum in amplissimo Majestatis culmine locata, solum ad sydera spexit:* quod de Augusti progenie scribit *Messala Corvinus ad Ottavianum. Augusti in Lib. de progenie sua. princ.* Hæc etenim Jovia Austriae dum familia sola est, ex qua plures Imp. & Reges, quam ex equo Trojano Princes prodierunt; dedit namque illustrissima hæc familia inde ab Alberto II. continuâ serie duodecim Imperatores, non tam in Imperiorum Rom. quam totius Orbis Christiani decus; & in universum à Rudolpho I. quindecim nunc Imperatores numerantur; quod nulli alii familiae unquam contigit, nemus apud Vetustiores Romanos, nec Germanos, quanquam apud Saxones Imperii fasces per 117. annos; Francos per 102. Suevos per 110. annos fuerint. *Dn. Schub. d. Stat. Rom. vol. 1. Disput. 2. th. 5. Lit. a.* Ut proinde de hac familia *Doctor Jessorius Eques Ungarus*, in descriptione Coronat. Matthia in Regem Ungarie, in prefat idem, quod de Julia prosapia Horatius modulatus est, vere pronuntiarat:

Marpisqu
ver illu
re illi
llaud. Po
Ita
& longa
nobilitati
gâque r
num sig
for est,
nihil va
ris splen
care nit
gloriar
F
legita
IN
tu
de
dum L
§. 16.
Pater
Micas

Micat inter omnes

AUSTRIUM Sydus, velut inter ignes

Luna minores.

Quemadmodum verò felix quidem ille est, qui de avitis virtutibus,
harpisque insignibus gloriari potest, sed felicior qui de suis, & is demum
verè illustris censendus, qui Majorum virtutibus non cedit; ignobiles enim
verè illi Nobiles, qui nihil lucis habent, nisi à luce Majorum, secundum
M. Poëta:

Et genus & proavos & que non fecimus ipsi,

Vix ea nostra putes.

Ita & Carolus, non in solo fortunæ paratu, aut stemmatis imagine,
& longa serie avorum gloriatur, sed nec ipse defititus est iis, quæ verè
nobilitant & illustrant, propriâ scil. virtute, animo, & præclaris fago to-
gique meritis, quæ demum vera sunt heroicarum & illustrium anima-
rum signa. Ita nimurum *Carolus* avita sublimitatis æmulus atque succel-
lor est, ut omnino persuasus videatur, gentis claritudinem sibi in aliud
nihil valere, quam ut sub ejus præsidio eò ardentius factis propriis Gene-
ris splendorē, & gloriam à Majoribus acceptam augere atque amplifi-
care nitatur, faciatque ut non magis Majorum, quam propriae virtutis &
gloriae famâ inclarescat *Nomen Carolinum*, sic nempe

Fortes creantur fortibus & bonis:

Est in juvencis, est in equis patrum

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquila columbam.

THES. VI.

*Porro ratione Generis & prosapia Imperator sit
legitimè natus.*

In Regnis Successionem simpliciter hereditariam à privatarum heredi-
tum Successionibus præter alia in hoc ferè etiam salus civitatis disce-
dere jubet, ne scil. succedant, nisi qui legitimè nati sunt & secun-
dum Leges patriæ. vid. Puffendorff. L. 7. cap. 7. §. 12. Grot. L. 2. cap. 7.
§. 16. Quia ratione excluduntur naturales seu nothi, & spuri, ut ut
pater forte non minore affectu ipsos fuerit amplexus. Nam saltē inter
gene-

generosas nationes ad contentum patent, quorum matrem pater iusto matrimonio dignatus non fuit, & pro instrumento magis desultoria libidinis, quam sociâ vitæ habuit. Quia & ob defectum fidei & perpetuae cohabitationis, non adeò liquido de talium patribus constat. At in Regnis quam maximè expedit, personam Regis venerabilem, simulque quam minimum controversiarum circa eandem posse moveri. Et spuri cum patrem non habere intelligantur. L. 23. ff. d. stat. hom. arg. L. 5. d. in jus voc. §. 12. Inst. de nupt. nullam etiam in bonis patris successionem obtinere possunt; quod si ergo hoc in privatorum bonis sancte custoditur, quanto magis in publicis? Memorabile est hanc in rem exemplum ap. Martinium Histor. Sin. L. 6. cap. 1. p. m. 202. add. Livius. L. 39. cap. 53. Etse minore etate, quam Perseus, esset Demetrius, hunc tamen iusta matre familiâ, illum pellice ortum esse: illum ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc insignem Philippi similitudinem præse ferre. add. quoque quæ de Ferdinando Rege Neapolitano resert, Jovianus Pontanus Hist. Neapol. L. 2. Inde etiam apud Suecos, Gothos & Norwegos vix Spurius licuit in honestorum virorum versari confortio. Joh. Magnus L. 18. cap. 6. Eosque ipsa etiam divina sanctio à civili societate repellit. Dent. 23. v. 2. Et Solonis Lex erat, ut Spurius publicum esset civitatis mancipium auctor Horolog. princ. Aimundus Gothorum & Suecorum Regis nothus, etiamsi per subsequens matrimonium legitimatus, & alias satis probum se præstiterit, inò ab ipso patre hæres Regni constitutus fuerit, à subditis tamen plenarium favorem ac obedientiam nūquam potuit impetrare. Joh. Magn. L. 18. cap. 6. Gallus Spurius cùm Scotiæ regnum violenter occupare præsumeretur, à subditis morte mulctatus. Buchn. L. 4. Nec autoritas Margarita Comitis Flandriæ, alijs magna fatis, tantum obtinuit virium, ut illa etiam frequenter solicitando potuerit à subditis illud suffragii nancisci, ut Balduinus Spurius in comitatu successor designaretur. Paul. Æmil. L. 7. Ita Apizius ex concubina natus sucedere non potuit. Rivan. in Chron. Et Matthia Regis Hung. filius natralis, cùm vi fibi vindicaret regnum, prælio vietus & occulitus est. Duklavius L. 1. His. Bobem. add. Tuberonem L. 1. Comment. de rebus suis. p. 30. 31. ubi subjicit non iusto matrimonio natos jure gentium ad nullas, paternæ fortunæ sortem admitti. Alphonsus Ferrariæ Dux ultimus, fru. ta Cæsari, filio nothe, quærebat Successionem apud. Pontificem. Anton. Possevin. L. 8. hist. Gonzagar. post A. 1592. add. de Antonio Ludovici Lusitani filio, sed ex

sed ex contubernio Jolandæ nato. *Thuan. L. 65. biss. ad A. 1578.* Huc
 etiam spectat, quod in quibusdam regnis v. g. Galliæ, Angliæ, aperto in
 Conclavi, in præsentia Procerum & regii sanguinis Principum, Reginæ
 pariant, ne partus fingi, & supponi credatur. *vid. Piascium Chron. geſtor.
 ſingular. ad A. 1601. Lancrium in Tabul. Constant. lib. 4. Disc. 1. num.
 2. Petr. Matthei in Histor. Henrici. IV. tom. 2. lib. 4. pag. 70.* Sic ho-
 dii quoque apud Helvetios non admittitur ad Reipubl. gubernationem
 Spurius, Simlerus de Republ. Helvetior. & in plerisque Germania Civita-
 tibus, nec ad communicationem tribuum, multò minus ad clavum Reip.
Schœnb. Pol. L. 2. cap. 10. Eò etiam tendit, quod tantum legitimè nati
 ad dignitatem Aſſessoratū in Cam. Imper. admittantur. *Ord. Cameral. p. 1.
 T. 3. 8. Deſiggleichen ſollen R. vid. Mynting. 4. Obs. 31. & Blum. Proc. Cam.
 T. 7. num. 31.* Sic etiam illegitimi non admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas
 sine confituſu Pontificis. *vid. Curt. Conf. 13.* Quemadmodum igitur omnes fe-
 te populi in regnis ſuccedivis, illegitimè natos averſati ſunt & ad eorum
 receptionem diſculter admodum moveri potuerunt; ita meriti etiam &
 multo magis in iſtis regnis, ubi libera obtinet electio, à limine dignitatis
 regiae arcendi ſunt; ſiquid in omni electione vel maximè ad id respici-
 endum, quod decentius, perfectius & melius eſt, atque Reipubl. magis
 expedire videtur. Ita enim *Plato de Republ. gerend. inquit : decet Imper-
 rantem ab omni labe eſſe alienum ; id quod intiuſius adhuc tangit Vellej.
 Paternul. in biff. Rom.* quando ita vult vitam regnantium debere eſſe af-
 feſtam, ut ne quidem levifima hæreat ſuſcipio, illos ad malum procli-
 ves futuros. Quo absque dubio *Baſil. Moscovie* Dux reſpexit, dum fi-
 lium ſuſceſſorem ſibi deſignare noluit, quod ſuſpicionem ſuſceperat, euni
 ex Anaftasiæ uxorii adulterio fuſſe natum. *Sigism. Bar. in Comm. Moschov.*
 Nam Princeps Magnificus eſſe debet, ut autoritatē apud ſuos obtineat,
 quam verò contentui obnoxii ſint, qui non legitimè ſunt nati, palam eſt.
 Quid quod Spuriorum fides valde lubrica ſit; metuantur enī in iis pa-
 terni criminis exempla. *arg. l. quisquis C. ad L. Julianum Majest. quō pertinet
 quod Sap. 3. in eos dicitur : Filii adulterorum in conſummatiōne erunt, &
 ab iniquo thoro ſemen exterminabitur &c. vid. Schœnb. Pol. L. 2. cap. 10.*
 Et quod praterea multa paſſim ex Imperio illegitimorum pullulare ſole-
 ant pericula, certiſſimum eſt. *vid. Liebenthal. Coll. Polit. Ex. 6. queſ. 7.*
 Cunq[ue] etiam minora munera & viliora opificia male natum averſentur,
 multo magis ergo ad ſolum Imperiale non niſi legitimè natum admitti de-
 beré

bere existimandum est. Et propterea etiam Germanos Legem hic tulisse, Electoribus necessariò observandam, vel ex communi hominum affectu concludere fas erit; quandoquidem id & ratio & dignitas tanti fastigii, ut & observantia omnino postulat. vid. Vitriar. J. P. L. 1. T. 5. §. 2. Titius Spec. J. P. L. 5. cap. 1. §. 4. Horn. J. P. Cap. 17. §. 9. Atque hinc notabili exemplo Friderico II. Imperat. antequam electus, necesse fuisse ferunt in publicis Comitiis Merseburgi habitis, postulantibus Imperii Principibus, fidem natalium suorum vindicare, idoneis ad hoc prolatis documentis. Conf. Spangenb. in Chron. Sax. cap. 247. Heig. p. 1. qu. 21. num. 60. sed vid. Pfaffinger ad Vitriar. lib. 1. tit. 5. §. 2. lit. b.

Quod autem jam hoc quoque Requisitum, ratione natalium & legitime nativitatis atinet, illud etiam in Carolo nostro quam felicissimè & adeò verè deprehenditur, ut de eo dubitate velle penè nefas sit. Ita enim Illum natum esse novimus, ex Leopoldo M. glor. mehn. & Eleonora Magdalena. Theresia, Serenissimi Electoris Philippi Wilhelmi Palatini & Sereniss. Elisabethæ Amalia Magdalena Georgii II. Landgravii Hesse-Darmstadiensis filiâ, Conjuge Ipsius tertia, quam Majestas sua Cæsarea in thalamum recepit, d. 14. Decemb. 1676. Ex quorum Augustissimorum Parentum Suorum thoro Carolus suscepitus est. d. 1. Octob. anni 1685.

THES. VII.

Ratione Status Imperator sit Laicus, non Clericus.

Duo potissimum sunt Imperia, quibus mundus regitur: Ecclesiasticum nimurum & Seculare. Illud ad Sacerdotum & Clericorum ordinem refertur. Seculare vero Imperatori, Regibus, Principibus & Magistratibus Politicis competit. Illud consistit in ministerio; hoc vero in dominio: Episcopos sive Sacerdos est minister Ecclesie, cuius officium consistit in orando, monendo, docendo, spiritualem vindictam inferendo, animas ligando & solvendo; Rex sive Princeps dominium habet in populum suum, cuius officium consistit propriè in iubendo, imperando, cogendo, puniendo &c. Apolog. Bellarmin. pro Jur. Princip. in pref. apud Goldast. Monarch. Rom. Imp. Vol. 3. pag. 689. Apologia Ludovici IV. apud Goldast. Confit. Imp. Tom. 3. pag. 402. seq. Philothenus Achillini. de Juri iurid. Reg.

Reg. & Sacerd. L. 1. num. 20. ap. Goldast. Monarch. Imp. Tom. 1. de Po-
 test. Imp. & Pap. part. 1. cap. 28. p. m. 58. Quia verò Imperium no-
 strum Rom. Germ. est Seculare, igitur necesse est quoque, Imperaturum
 etiam esse Laicum. Limn. 2. cap. 2. num. 89. Sprenger. J. P. cap. 4. Schüz.
 J. P. v. 1. disp. 2. th. 9. lit. g. Buxtorff. ad A. B. Concl. 31. lit. b. Matth.
 Stephan. de Jurisd. L. 2. part. 1. cap. 1. num. 1. Quod & Moguntinus &
 reliqui Electores omnes juramento confirmare tenentur, dum temporale
 caput in Imperatorem se eligere velle affirmant. A. B. Tit. 2. §. 2. Et
 quanvis Ecclesiasticum Imperium sine seculari vix consistere queat, hoc
 que sine illo difficulter admodum conservetur, manent tamen separata &
 diversa. Carpz. ad L. Reg. Germ. cap. 2. num. 1. & seqq. Quam diversi-
 tatem antiqui Canones quoque amplectuntur: Sic enim Sacro ministerio
 addicti, nulla alia cura ac labore quotidiano inde abstrahi debent, iuxta
 Can. 1. x. ne. Clerici vel Monachi. Qua de caula & Sextus Can. Apost. con-
 cituit, ne Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, seculares curas admini-
 stret; Otho geimus, ne publicis se administrationibus immittat. Et inter
 Africanos Canones decimus sextus, ne procurationem rerum alienarum
 suscipiat, aut causarum patrocinium. vid. Epist. Hieronymi ad Nepotia-
 num. Sic eodem Tutores constitui nefas judicat Cyprianus, in epist. ad
 presbyteros, diaconos & plebem Furnis consistentem. Add. L. 37. C. de
 Episcop. & Cler. Pari modo in Consuetudinibus antiquissimis Ecclesie,
 que quo augustiniori nomine commendabiliores essent, Canones Apostolici
 vulgo appellabantur, Can. 82. edicitur: Ne quis Episcopus, Presbyter ac Dia-
 conus militie vacet, & utrumq. retineat officium Romanum & functionem Sacerdo-
 talem; que enim Cæsaris Cæsar, que DEI DEO. vid. Grot. L. 1. cap. 2. §.
 10. num. 9. & seqq. Liebenth. Coll. Pol. Ex. 4. qu. 6. Arnis. Doctr. Pol. cap.
 12. Similiter L. 17. C. de Episcop. & Cler. à publicis actionibus & ad cu-
 riam pertinentibus Clerici removentur, imò contra facientes tanquam be-
 neficio isto indigni judicantur. Constit. Leon. 86. Nam desit esse miles
 Christi, qui incipit esse miles Seculi. Hincque etiam est, quod Sigis-
 mundus Rex Polonia prohibuerit, ne Ecclesiastici Secularibus judiciis lese
 immisceant, nisi specialiter veniam impetraverint. Arnis. Doctr. Pol. cap.
 12. Reinking. Biblische Polices lib. 1. Axiom. 34. Jus divinum quo-
 que si inspiciamus, idem inde colligere licebit. vid. Luc. 22. v. 25. & seqq.
 Ubi ad Discipulos Christus: Reges gentium dominantur, vos autem non
 sc. Quod & Tholos intellexit: qui ait: Non DEO militans & ibit se impli-
 care

care negotiis secularibus, ne persona Ecclesiastica functionibus spiritualibus sub-
 strabantur, neve reliquis illis serviant corporalibus armis, maximè personaliter.
L. 3. c. 7. n. 23. Et quām minimè conveniat Clerico bellum, & quantum in-
 ter se pugnent Episcopum esse, & simul militem, pluribus exponit *Claudius*
Effētus in 1. Ep. ad Timoth. *L. 2. digrēs. c. 6.* Et Deus ipse officia Ecclesiæ
 commisit tribui Leviticæ, *Num. 16. v. 8. 9. 10.* Sceptrum verò politicum Ju-
 dæ. *Gen. 49. v. 10.* Quamvis fateamur ante adventum Christi fuīsc̄e ali-
 quando Reges eosdem qui & sacerdotes. *vid. Tholos. ex Gratiano de Rep.*
 explicat. *L. 8. c. 2. n. 8.* *Bedae de jūr. Reg. ad Gold. Monarch. Imp. vol. 2.*
cap. 3. n. 60. p. 811. *V. triar. Iuß. L. 1. Tit. 4. §. 1. lit. a. & Dn. Be-
 mann. Notit. dignit. *Dīs. XIII. c. 1. §. 2.* Apud Romanos quoque qui
 Reges erant, Pontificis munere functi sunt. *vid. Tholos. d. 1.* Verū in
 primitiva Ecclesia vix aliqua potestate seculari usi sunt, quos professio
 Clericos fecerat. *Reink. d. R. S. & E. L. 1. Cl. 4. c. 9. n. 5.* *Arni. Dōz.*
Pol. c. 15. Interim quidem etiam jam dia eis, cūm id quoque in desue-
 tudinem abiit, contra Ecclesiæ primitivæ instituta, & tractare arma ce-
 perunt Episcopi, notati proindè *Baronio Cardinali* sub anno 888. *num. 2.*
 videri poterit, inquit ille, plāne monstrosum, quod tam Episcopi quām Ab-
 bates, ad arma procederent, in hostes irruerent, caderent ipsis, & cede-
 rentur ab ipsis, tanquam Sacrorum Canonum Violatores, & muneris pastoralis
 & nominis defensores detestandi. *Ziegler ad Grot.* *L. 1. c. 2. §. 10. n. 9.* Et
 sicut aliarum rerum initia sunt minima, ita & paulatim ad personas Eccle-
 siasticas transit ferè omne id, quod secularē est, statu primitivæ Ec-
 clesiæ plurimum immutato. *Arum. ad A. B. dīs. 3. Concl. 8. p. 127.* Nam
 hodiē in Imperio nostro R. G. Principis personam etiam personæ Ecclesi-
 astica sustinent. Textus est in *A. B. Tit. 29. §. Porro Sc.* Qua omnibus
 privilegiis, juribus & honoribus in Imperio R. G. quibus cæteri Principes
 Seculares perfunduntur. *Arum. ad A. B. dīs. 3. th. 8.* *Reink. d. R. S. & E.*
d. 1. num. 1. Et hi quamvis regali dignitate sint prædicti, & sessionem ac
 votum in Comitiis habeant. *Reink. d. 1.* manent tamen separata munera,
 Sacerdotium & Imperium, nec propterea Sacerdotali munere privantur;
 nam idem homo diverso respectu duplē personam repræsentare potest,
 atque ob id ratione videlicet diversarum suarum qualitatuum, diverso jure
 censi. *Gail. 1. Obs. 30. n. 4.* Sic Episcopi & Principes Ecclesiastici ratione Epis-
 copatus tenentur comparere ad Synodus: ratione verò Feudi, illis ab
 Imperatore concessi, tenentur interesse Comitiis Imperii. *Arum. ad A. B.*
*dīs.**

disc. 3. 1
 Potestat
 territori
 oritatis
 Coll. Po
 tem ver
 quamvis
 una eac
 capiū c
 Cle
 & Conf
 d. 2. 1
 forem e
 habetur
 ex hypo
 caput f
 laud co
 misso pr
 ea, que
 calares
 nem, f
 Lib. 3.
 Q
 Person
 Qualitat
 que hu
 an atq
 pismat
 August
 manifi
 navet,
 ille, n
 rulus S
 tum o
 audit C

dif. 3. th. 8. Carpz. ad L. R. Germ. cap. 2. num. 6. Reink. d. l. num. 24.
 Potestatem dominandi habent, quia æquè ut seculares cum superioritate
 territoriali sunt investiti; Sacerdotium verò expeditum, non jure Superi-
 oritatis territ, sed potius ex mandato DEI & jure ministerii. v. Liebenth.
 Coll. Pol. Ex. 9. quest. 6. Et ita in Spiritualibus & Ecclesiasticis Pontifi-
 cem venerantur, in temporalibus autem & Regalibus Imperatorem. Ast
 quanvis ita, uti diximus, principalis dignitas cum potestate Ecclesiastica in
 una eademque persona sepè conjuncta fuerit & unita, hodieque etiam
 Carpz. conjungatur; nullum tamen exemplum prostat, quo probari pos-
 sit, Clericum ad Imperatoriam Celsitudinem fuisse unquam electum; quin
 & Constitutione Imperii, id prohibente fieri non potuit. vid. A. B. T. 2.
 1. 2. Ex isto enim loco Doctores J. P. communiter colligunt, Impera-
 torem eligendum debere esse *Laicum*, non *Clericum*. Ibidem enim hoc
 habetur, Imperatorem eligi in *Caput temporale*, populo Christiano, cui
 ex hypothesi istorum temperum & Catholicorum, Pontifex, tanquam
 caput *spirituale*, in hoc mundo praesit. Etsi verò exinde non nemo
 laud colligi posse credit, quod Clericus non possit eligi, cum & ille, di-
 millo habitu clericali, temporale caput fieri, sive tanquam Laicus Impe-
 rio praesesse queat: videtur tamen haecenùs omnino pro communi senten-
 ia, quod Laicus eligendus sit, illud pugnare, quod in conclavi non nisi se-
 culares spondent, se jurejurando firmare, & servare velle Capitulatio-
 nem, si fuerint electi. vid. Horn. J. P. cap. 17. §. II. & Londorp. Tom. 4.
 Lib. 3. cap. 7. pag. 609.

Nam
 Personae, præcisè antè, sive verò demùm post Electionem requiramus
 Qualitatem Laicalem, nihil tamen interea obilitat, quò minus ratione quo-
 que hujus Requisiti, Carolum nostrum ad Imperii gubernacula tenenda eti-
 am atque etiam *idoneum* sine omni dubio astimemus. Illum etenim à ba-
 ptismate & teneris statim annis, non Clero, sed Seculo à Parentibus suis
 Augustissimis destinatum fuisse, atque etiam ad hunc usque diem addictum
 manuisse, nec quidquam aliud, quam quod seculo præcipuum operam
 navet, & actionibus & toto vita sua genere haecenùs unquam præ se tu-
 lisse, notius est, quam ut prolixè dici debeat. Quin quemadmodum Ca-
 rolum Secularibus Principibus circa dubium est adnumerandus, ita Illo-
 rum omnium, quotquot in Imperio Rom. Germ. sunt, haud immetit
 audit Corona & maximum decus. Persuasi autem omnino esse possumus

de Eodem, Ipsum nihilominus, præter Imperium suum Seculare, etiam Sacerdotium & Statum Ecclesiasticum, cura cordique omnimodè imposturum habiturum esse, exemplo omni laude dignissimo Gloriosissimi Imperatoris Justiniani, qui in Nov. 6. inquit: *Maxima ia hominibus sunt dona Dei à superna collata Clementia, Sacerdotium & Imperium: & illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praefidens ac diligentiam exhibens: ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam.* Ideque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas: cùm utique & pro illis ipsi semper DEO supplicant. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique, & apud Deum fiducia plenum: Imperium autem re & competenter exornet traditam sibi Rempubl. erit consonantia quedam bona, omnem quidquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera DEI dogmata, & circa Sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur à DEO, & ea que sunt, firma habebimus: & que nondum habemus venerunt, acquiremus &c.

THES. IX.

Ratione Bonorum fortuna eligatur persona dives ac potens.

Potentia nobis hoc loco potissimum est ditionum amplitudo, quibus imperat ille, qui sceptra Imperii suscipere debet: Nam Princeps quo plus Regnum ac populorum sub ditione sua habet, è potentior existimatur. Requiritur autem in Imperaturo potentia, quia media illa, quibus Respubl. conservatur, consistunt in potentia, quæ à Berto von Anordnung guter Politeen L. 7. cap. 1. & Carol. Melch. Grotziz, Deutsch - gekleideter Regiments - Rath / von Befestigung eines Regiments. cap. 16. Prudentiae ac fortitudinis Instrumenta nominantur. Suntque hæc fere quintuplicia: 1. Opes, sine quibus nihil fit quod opus. 2. Arma, quibus & servatur & augetur potentia. 3. Consilia, quibus & arma & omnes Resp. reguntur. 4. Fædera, quorum effectus est itidem aucta potentia. 5. Fortuna, vid. Lips. L. 4. Pol. cap. 9. nam. 49 Ex his Instrumentis, quo plura possidet Princeps, è potentior censendus est &

& quo potentior, eò magis ad imperandum aptus. Nam potentia directa & regia ad solidam autoritatem via est; si cætera omnia adiunt, si hæc absit, quid juvabunt? *Lip. ex Liv. Pol. d. l.* qui communis ore parum tutam Majestatem sine viribus esse affirmant. Quoniam ex potentia divitiae, cæteraque omnia profluentes, & qui sub se habet multa Regna ac territoria, multas quoque opes possidere videtur. *Boterus l. c.* Est tamen hæc res ita temperanda, ut mediocritas ubique serveretur; nec hæc rationes semper ad omnem Statum applicari possunt, sed ad id quod utiliter est maximè attendendum. Ad quod & *Keckerm. Syſt. Pol. d. l.* inclinat: in Aristocratico statu, inquiens, respiciendum est ad divitias & ad censum: In Monarchico vero, ubi redditus omnes Regni ad Principem perveniunt, etiam persona non adeò divitiis superabundans eligi potest. Nostrum vero Statum in Imperio Rom. Germ. hodiernum quando consideramus, non aliud nisi præpotentem & divitem eligere utilitas ratio suadet. *vid. Georg. Sabin. de Carol. V. Elezione apud Goldast. Pol. Imper. part. 1. p. m. 129.* adeò plane, ut omnino non sola virtus sed divitiae & patrimonium ejus, qui eligatur, ante omnia respici debeant; & hinc vero utique dicat, *L' Auteur du discours sur l' Election d' un Empereur, au recueil des discours politiques, p. 87. num. 2.* Nous ne sommes plus, dit il, au temps, que les moindres Princes, ou Seigneurs, relevés de leur seule vertu, étoient capables de la Couronne de l' Empire, comme il a paru, principalement aux Elections de Rudolphe de Habsburg, & d' Adolphe de Nassau: & il faut aujourduy quelque chose de plus que le merite, même quand il y seroit tout entier, pour parvenir à cette dignité. Il n' est plus besoin d' y mettre en considération ceux, qui eussent pu approcher autre fois, par la recommandation de leur Noblesse & de leur vertu, s' ils n' y sont porté, quand & quand, de leur propre poids, & par l' entremise & considération de leur propre grandeur. Comme si cette Couronne étoit si pesante d' ornemant, qu' elle ne peut reposer, que sur des tetes déjà couronnées, & ne se laisse prendre, par droit eleſif, que de ceux, qui en ont de toutes acquises par succession. Quamvis olim ante tempora Friderici Barbaroſſe adhuc aliud obtinuerit. *vid. Schneidew. ad Inst. L. 3. tit. 1. §. Successione Fisci. num. 5. Arum. ad A. B. disc. 3. tb. 43. pag. 170.* Hodie enim redditus Imperii adeò exigui sunt, ut Imperator nisi de propriis contribuat, tantum habere nequeat, ut se suamque Aulam pro dignitate exhibere queat, nedum ut Imperialem & in tanto fastigio necessariam

pompan tueatur: omnibus fisci bonis jam' in privatam Principum possi-
sionem redactis. vid. Goldast. *Const. Imper. à Carol. V. ad Rudolph. II.* Tom.
2. vol. 2. p. 24. Arum. ad A. B. disc. 5. tb. 7. & disc. 3. tb. 43. Hippol. à
Lap. ex Granvellano de Rat. Stat. part. 3. cap. 3. Sezz. 2. Limn. L. 2. cap.
20. num. 13. & seqq. ibique addit. & ad Capit. Carol. V. art. 9. verb.
Dasjenige sō darvon fonnien. pag. 167. Dn. Praes. de Domanio Sa-
cri Roman. German. Imperii. Quod quomodo contingit explicant. Onuph.
Panvin. apud Goldast. Pol. Imper. part. I. cap. 9. num. 1. & 7. & cap. 12. num.
3. & seqq. Caspar Eus. ap. Gold. Pol. Imp. p. 1. cap. 14. Schneiderw. d. l.
Hipp. à Lap. ex Hartmann. Schedel. de Rat. Stat. I. c. Bodin. de Rep.
L. 6. cap. 5. Dn. Praes. d. l. Atque hoc ipsum inter praecipias causas re-
fertur, quod à tempore Alberti Secundi, in sola familia *Austriaca* conti-
nuata est Electio Imperatoria, quia nimirū semper etiam ob potentiam
& divitias idonei fuerunt comprehensi. Limn. J. P. L. 2. cap. 3. num. 2. Ca-
rol. von Hagen. J. P. L. 2. cap. 1. num. 12. Quod & ipse Imperator
Carolus V. declarat, fratrem Ferdinandum Regem Roman. his verbis de-
signans: *Qui sit, inquit, magis ad eam provinciam idoneus, fratre meo,*
Ferdinando, qui Bohemia, Hungariae Rex, nullum habet, qui cum eum poten-
tia antecedat. add. Sleidan. *Comment. de Stat. Relig.* L. 1. p. m. 15. Et
certè si quis cum Sereniss. Electoribus Moguntino & Saxone, apud eund.
Sleidan. I. c. in Imperatore potentiam desideret, enī Invictissima tot-
que Coronis & Sceptris potentissima *Domus Austriaca*, quæ, quod jam
dudum Polonus Warzevici. in *Orat. ad Rudolph. II. Imper. Prague* d.
Mart. A. 1588. habita, professus est, alterā manu Orientem, alterā Oc-
cidentem tenet. vid. Cusserian. in *Austria*. Goldast. Pol. Imp. part. I. Limn.
J. P. L. 2. cap. 3. num. 6. & L. 5. cap. 2. Schüz. de Stat. R. Rom. Vol. I.
disp. 8. tb. 6. lit. b. Carpz. de L. R. G. cap. 11. sett. 2. num. 20. & seqq.
ut itaque verissimè omnium de *Austriaca* familia dici possit, quod Güm-
therus Ligurinus ait:

O verè famosa Domus, cui totus ab ortu
Solis ad occiduas mundus subternitur undas,
Quam qui novit amat, qui non nobre vereatur;
Cuius in auditu confusis mentibus hostis
Tabescunt, contraque nihil se posse fatentur.

THESE

THES. IX.

*Ratione Religionis Imperator sit Christianus,
non infidelis vel hereticus.*

Religio Magistratus & Reipublicæ cuiuslibet Totum est, tantumque una habet momenti, ut vel sola felicitatem consummet, nec alia in rationem bonorum verè veniant, nisi quatenus Religiō, quæ supra ceteras virtutes caput effert, famulantur. Hæc licet multis impiis non nisi merum inventum politicum videatur, ad copulandos animos, virtutum tamen omnium basis est, & fundamentum. Pauci enim eximia virtutis specie capereantur, nisi stricto hoc Religionis vinculo, & Numen divini reverentia & metu se pateretur obligari, quæ indita etiam maxime impio barbaro, actiones hominis componit. Hinc etiam non impenitè dicitur: ultimum & firmissimum societatis humanæ vinculum; præcipuum Reipubl. columen; catena, quā utrique tam qui imperant, quam qui pareant, arctissimè inter se devincti, maximum Imperio robur & fulcrum addunt; Circea enim quasi illa Virga est, quā tacti homines, mitescunt, & naturā inquieti, discordes, turbidi, leniter rediguntur sub unitatis & concordiae jugum; & certè ruere omnia necesse est, ubi non hoc firmamentum; immò in criminum & scelerum ire licentiam, ubi non hoc repagulum; hinc verè *Silius Italicus*:

Heu prima scelerum cause mortalibus agris.

Naturam nescire Deum.

Di multa neglegti dedere

Hesperia mala lustuose,

Canit Horatius. & Seneca:

Ubi non pudor,

Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,

Instabile regnum est.

Cùm autem Religio Regni vel Reipubl. alicujus columen, propaginaculum & tutamen præcipuum sit, & verò Religiones, quas homines profidentur admodum multifariae & diversæ dentur, hinc quæstio porro oritur, quænam ergò ex iis sit optima, & cujus finis & usus præ reliquis se tam ad Status alicujus spiritualem & æternam, quam etiam beatitudinem



tudinem civilem seu secularem maximè porrigit? Et licet nullus sit populus, qui quidem Religionem suam non judicet veram atque optimam; item controversia illa, quæ vera & optima Religio, adhuc indecisa sit; &, quia solius DEI opus est, quamdui hæc mundi machina durat, inter Gentes indecisa manebit; nos tamen absque dubio assertere audemus, esse solam Religionem Christianam omnium omnino optimam, Regnis, Rebus publ. atque Statui cuivis præ aliis validè proficiam, & ad finem comoda obtinendum aptissimam, præsertim si non perfundatoriæ, & superstitione, sed exactè & verè colatur. Quandoquidem illa non tantum optimè rectum de DEO sensum & cultum, sed & itiusmodi principia & regulas tradit atque inculcat, quæ nobis Legem naturæ, jam penè in membris hominum per peccatum obliteratam, multò evidenter & conspicaciorum reddunt. Et præcepta ejus non modò societati humanae minimè contraria, verùm etiam eidem & cuivis Statui Civili quam maximè convenientia atque utilia sunt, dum videlicet animos tam Imperantium quam parentium, eorumque actiones & voluntates optimè continent, dirigunt ac moderantur, & denique felicitatem statutis præ omnibus aliis quam efficacissimè procurare & conservare potest. Conf. omnino hanc in rem. Hug. Grotius de Veritate Religionis Christianæ, ubi per tot. Lib. II. pluribus elegantissimè demonstrat, quod Christiana Religio præster utique aliis omnibus; cùm scil. nulla ex omnibus seculis ac nationibus proferri possit, aut præmis excellentior, aut præceptis perfectior, aut modo, quo propagari jussa est admirabilior, aut societati humanae convenientior. Unde etiam admodum egregiè Puffendorfius L. 8. cap. 9. §. 4. In Rebus. Christianis, ait, plurimum conseruit ipsa Religio Christiana, sincera illa, & ab humanis commentis purgata, per pios & cordatos ministros doctrinæ & exempli incubata; quippè que preter dogmata ad salutem aeternam facientia, continent perfectissima præcepta moralia, quæ cum primis ad bene tolerandam vitam civilem animi mortalium disponuntur, & que eadem tamen Legibus Civilibus ita commode sanciri non possunt &c. quod & pluribus demonstravit in Diss. de Concordia vita Politice cum Religione Christiana. add. Jac. Thomasi Dissert. Religione Christianæ non minui virtutem bellicam. Nec minus attendi hic meretur Dn. Barbeplatii in Editione Gallica eximia ad hunc locum Puffendorfii adducta annotatio de Mr. Montagne, qui ait: Il ne faut pas oublier icy cette réflexion de Montagne, qui dit: La Religion Chrestienne à toutes les marques d' extreme justice & utilité, mais nulle plus apparente que l'exakte re-

comme

commendation de l' obéissance au Magistrat & manutention des Polices &c. Es-
 sais Liv. 1. Chap. XXII. vid. porrò Puffend. de Habitu Relig. Christ. ad
 vitam Civilem. it. Heß. Gotthofred. Mafus in tr. de Interesse Principum
 circa Religionem Evangelicam, precip. cap. 2. & 4. add. quoque Europaei-
 scher Hervold pag. 552. Hac igitur cum ita se habeant, & absque dubio
 Religio Christiana omnium optima, Reipubl. utilissima atque ideo etiam
 dignissima sit, qua in Regnum & Statum aliquem non solum introduca-
 tur, sed & ubi semel introducta, omni misu atque operâ conservetur,
 protegatur ac propagetur; id verò utique melius fieri non possit, quām
 si & ipse Princeps illam sectetur & profiteatur, ut pote qui, sicut in o-
 mni virtute, populo praire debet, ita & in hac maximè, qua princeps
 est & caput omnium Virtutum. Lips. Doßr. Pol. L. 4. cap. 2. num. 5.
 add. Eccles. cap. 10. v. 2. quoniam nimurūm Princeps membrum prima-
 marium Civitatis est, & ad exemplum Imperantis totius populi mores con-
 formantur; de quo sic deinceps è tutiùs etiam & certius sperare licet,
 illum quoque quod ejus officii est, cum debito tantoque majori Zelo,
 tutorem atque defensorem Sacrorum Religionis Christianæ, quæ & ipse
 addictus est, futurum esse. Hinc ergo facile jam appetet, quare etiam
 Legibus Imperii nostri Rom. Germ. exprestè constitutum sit, ut Impera-
 tor eligendus, nulli aliis quām Christianæ Religioni addictus esse debeat.
 Licet enim quidem Magistratus à Religione Christiana alienus, etiam legi-
 timus esse possit, tamen ubi res in arbitrio & libera electione populi vel
 Reipubl. posita est, ex predictis rationibus omnino suadendum ac dicen-
 dum erit, nullum alium eligendum esse, quām qui Religionis Christianæ
 est. Idque tantò magis in Imperio Rom. Germ. observandum, quoniam
 ibidem non solum inde à tot Seculis Religio Christiana, maximo DEI be-
 neficio, firmissimè est stabilita, sed & ejusdem Numinis gratiā in vigore
 ac flore hactenus fuit conservata. Unde & Imperium Roman. Christianum
 memorabili discrimine, si tempora sub paganis Imperatoribus consideren-
 tur, ob Religionem jam signatum est. Goldast. Tom. 3. Consit. pag. 333. & stylo
 publico jam dudum etiam receptum est, elogium istud, quo inter alios
 solennes titulos Imper. Rom. Germ. excellentiori quadam notâ vocatur
Sacrum. Ita enim non absque ratione semper planè p̄fusus fuit ple-
 risq; etiam exteris, Imperio & Imperatori Romano in primis à Dō attributum
 esse munus & curam tuendæ & adversus inimicos Christiani nominis defen-
 dendæ Ecclesiæ. Cujus non sine singulati divina providentia attributæ Impe-
 rio

rio R. G. appellationis significationem *vid. latissimè ap. Beccler. in Dijß. de S. R. I.* Atq; ita propterea ad qualitates Imperatoris futuri requiritur procul dubio, ut Christiana Religione sit imbutus, cum Caput seu primatus Princeps populi Christiani esse debeat; & ut Regnum verè Christianum dici possit, Rex oportet, ut sit Christianus. *vid. Grot. L. 2. c. 2. §. 8.* Nam eti, uti diximus, infidelis Princeps Christianis utique etiam præsse possit, ex A. B. tamen pr. & Cap. II. §. 4-5. satis appetet, illius conditores caput Christianum Christianis & fidelibus voluisse, nec infidelem nec hæreticum *vid. Vitriar. J. P. L. t. Tit. 5. §. 3. Hornius J. P. cap. 17. §. 13.* Proinde adhucdum hodie quoque in Electione orare jubentur Electores, ut divina ope eligere valeant *idoneum Cesarem pro salute populi Christiani, & caput populo Christiano, quemadmodum in jure jurando corum amplius continetur. A. B. Tit. 2.* Quod & requirit *Spec. Suev. ap. Gold. part. 1. der Deutschen Reichs-Satzungen/L. 1. c. 21. §. 3. ib.* Einen Lahmen Meuchelsichtigen Mann/ und der in dem Bann oder in der Acht/ oder ein Kœper ist/ den sollen die Fürsten nicht zum König riesen. Riesen sie aber diesen/ die andern Fürsten verworffen ihn wohl mit Recht/ an der Statt da ein Hoff heimesprochen wird/ ob mann ihm der Dinge eins überkommt/ als recht ist. In multis quoque imperii Recessibus Imperatorinostro R. G. talia attribuuntur nomina, quæ non nisi Christiano competere possunt: scilicet quod sit der heiligen Christlichen Kirchen rechter Vogt/ Schutz und SchirmHerr. R. J. d. an. 1518. §. Erstlich R. I. 1530. §. 9. item in R. J. d. an. 1541. §. Über Churfürsten dicitur Advocatus Ecclesiæ¹ ibi: fund als Advocaten und Beschirmern der Christlichen Kirchen Henric. Bebel. *Apolog. disc. 2. ap. Gold. Pol. Imp. part. 11. p. m. 194.* Et de anno 1524. sub tit. Constitution wieder die Wiedertäuffer s. 1. ibi: Als Römischer Kœper/ Oberster Vogt und Beschirmter unsers heiligen Christlichen Glaubens. *vid. Carpz. ad Leg. R. G. cap. 2. seß. 1. n. 23.* Quare etiam Lutherus ad Cesarem Carol. V. scribens, sese configere, inquit, ad ipsum velut ad aram præsidiumque Legum, & rogare, ut Doctrina Christiana tutelam suscipiat, exemplo Athanasii. *Sleidan. d. stat. Relig. L. 2. p. m. 25. Carpz. ad Leg. R. G. c. 2. seß. 1. n. 27.*

Cum autem in Imperio nostro Christiana Religio non sit uniformis, sed in variis divisæ sectas, quæstio porro agitari coepit: An etiam aliis, quam Cathol. Roman. Religioni addictus, Lutheranus nempè vel Reformatus, in Imperatorem eligi possit? Equidem Romano-Catholici hoc in dubium vocare solent: inter quos *Caninius disc. ad A. B. p. 115. Author discut.*

discursus Sur L' Election d'un Empereur. pag. 88. & alius, qui primo loco legitur in libello Gallico, cui Titulus: Recueil de quelques discours politiques de l'an 1632. p. 12. Joh. Kieffer de Elec^t. Orig. & potest. q. 31. quorum rationibus satisfecit Carp^z, vel potius Joh. Jac. Panzerus quæst. 2. diff. feudal secunda Carpzovii subiecta, ubi affirmativam propugnat, cum Buxtorffio ad A. B. Concl. 30. lit. d. quorum omnino sententia plus veritatis habet, quam istorum; cùm nec A. B. nec illa alia Constitutio Imp. vel Conventione prohibitiva admittat, quæ Protestantates à dignitate Imperatoria excludat; inò hoc tantomagis hodiè asserendum est, postquam eodem jure, quo Romano-Catholici gaudere debent, & Protestantum Religio in Imperio expressè confirmata est. R. I. de 1555. Instrum. Pac. art. 5. §. 1. & Capitulationibus Imperatorum. Neque etiam res adeò omni planè tempore factu impossibilis fuit, ut ex Protestantibus aliquis in Imperatorem eligi potuisset, ceu multi perperam putant. Ita enim Joh. Georg. I. Elector Sax. præ Ferdinandum III. diadema Cæsareum facili negotio adepturus fuisse creditur, nisi illud ipsem recusasset. vid Autb. des Deutschen Monzamb. Cap. 4. p. n. 305. in not. Scimus etiam quantum spei prioribus temporibus Principes Protestantes habuerint, pluralitatem votorum in Collegio Electorali consequendi, itaque mediante Imperatorem ex ipsorum medio eligendi: id quod ex turbis Colonensibus anno 1583. itemque Bohemicis 1620. vide re licet. Postquam vero egregias istas atque opportunas admodum occasiones præter labi passi sunt, vix sperandum haec tenus videtur, ut Protestantibus tam ampla temporis rerumque opportunitas, jure suo in effectu intendi, tam facile rursus sit obventura; eo minus, quod nuperim de- mulum in futurum, tam ratione Novemviratus, quam etiam proscriptio- nis, in quam Bavarus prolapsus est, præcautiones satis solicite ex parte Catholicorum adhibita sint, ne scilicet potestas Imperatoria aliquando ad Principem ex Protestantibus perveniat; uti passim Annales publici nos docent. vid. Thucel. Electa Jur. publ. curios. & Miscell. jur. publ. de Novem- viratu, num. 12. & 14. adeoque ut, cùm existimandum non sit, quod Catholici Electores, pluralitatem votorum hodiè confidentes, Evangelico vel Reformato suffragia sint daturi, rebus sic stantibus, omnis ferè spes pervenienti ad Imperium, Protestantibus præclusa videatur, nisi prius magnos difficultatum obices vis coelestis removerit. conf. Limn. J. P. T. 2. addit. ad L. 2. cap. 2. num. 88. in fin.

Caterum quod & hoc jam concernit Requisitum, illud sanè pari modo

modo præclarè atque ita sibi vindicat *Carolus*, ut vel ob id solum Princeps dignitate Imperatoria dignissimus judicari possit; quippe qui Christianam Religionem materno cum lacte, & ab ipsis incunabulis jam pridem imbibit, quique in ea educatus & institutus est, quam etiam solam, proges-
su etatis, sanctè amare, colere, venerari, & in hunc usque diem publi-
cè profiteri non desit. Quin idem est, Cujus Majores eo dudum gloria
procellerunt, in tuenda Religione & fide Christiana, contra quorūnvis
Christiani nominis inimicorum insultus ac impetus, ut laudabilius nihil
quidquam excogitari possit. Versatur adhuc ob omnium oculos, imago
Augustissimi Leopoldi M. gloriosiss. mem. qui equidem à Religione Chri-
stiana verana petuit Magnitudinem; qui summum ei semper tribuit hono-
rem; qui summo ab Ea vicissim cumulatus est splendore; Eadem enim ipsa
victorem Eum præstítit super hostes suos, suis inserviit triumphis, &
laudibus condecoravit immortalibus. Et quis ignorat quomodo duobus
superioribus seculis se commoverit Austriacorum Cæsarum virtus, reque
Christianæ præclaræ gesta, non exiguum Turcis terrorem incusserit. Ne-
que enim Cæsarum istis temporibus ferè quisquam fuit, qui adversus Tur-
cas non pro salute Christiana strenue contendenterit. Quid quod verè Im-
peratoria Domus Austriaca longè latèque pro te Christiana semper exci-
buit, magnamque vim pecuniarum, militum, munimentorum, apud fi-
nes & pro finibus Imperii, perpetuā munificentia providentiāque, ad-
versus capitalem Christianitatis inimicum dispensavit. *Bæcler in dīs. d. Imp.*
R. G. p. m. 413. conf. Ger. d. Roo. Hist. Aust. Ut ita dubium nihil super-
sit, quin in Carolo nostro Imperatore ejusdem Religionis Christianæ à
Majoribus suis Ipsi transmissæ, quām studiofissimum quoque habituri si-
mus propugnatorem & protectorem, & quin univerſa Ecclesia Christiana
sub Ipsi tutela atque Advocatio, omni securitate nec non incre-
mentis optatissimis indies magis magisque sit gavisura, sicque omnis eti-
am posteritas sit prædictatura facta *Caroli* non minùs Christiana quām il-
lustria, perpetuò duratura in gloriam Austriacorum, bello
semper Magnorum, pace Majorum, Religione
Christianæ Maximorum.

THESE

THES. X.

*In novissimâ Electione Imperatoriâ merito rur-
sus pralata est Familia Austriaca.*

Postquam scilicet in antecedentibus praecipua ad *Habilitatem Imperatoris* eligendi, Requisita, partim secundum Imperii R. G. Leges fundamentales, partim verò generalia Politicorum principia infeximus, nec non quomodo ea omnia & singula eximia atque excellentiori quadam tatione, in *Carolo glorioſiſſimo* jamjam Imperatore occurrant; atque egregie admodum convenientia, breviter pro ratione instituti indigavimus; nunc tandem ultimam adhuc hanc Theſin, tanquam Coronidis loco adjiciamus, simulatque et ipsa dissertationem nostram finimus. Arridet autem nobis hic ſententia *Simanca*, qui in *Libro ſuo s. c. 3. de Rep.* docet, quod, ut facilis sit gubernatio publica, requirantur tria: *Sapientia* ſcīl. ne erretur in gubernando, *Potentia*, ut que decernuntur inactum producantur; & *Familia*, ut contemni tollatur, & adſit autoritas. Et quidem *Familiam* quod autinet, multæ nationes anxie obſervarunt, ne Magistratus non ex certis familiis eligeretur, *vid. Aristot. Polit. L. 2. c. 10. Diodor. Sicul. Bibliothec. L. 11. Keckerm. de Rep. Spartan. L. 2. c. 2. §. 2. Alex. ab Alex. L. 4. c. 23. p. m. 238. lit. b. Cromer. L. 2. Rer. Polon. Philipp. Honor. in diff. de Interregn. Polon.* Verum enim est, quod *Arist. Polit. L. 2. c. 11. ait. Satius esse Reges non ex quovis & foris fortunâ ablatâ genere esse, sed ex aliquo prestante ſumi.* Nam dignitas & splendor familie magnam tum autoritatem tum benevolentiam conciliant, inquit *Claud. Seyell. L. 2. de Rep. Gall. p. 287.* Et gratiora ſemper ſunt eorum Imperia, quos longâ patientiâ ferre didicimus; & in veteratibus stirpibus putatur inefle nescio quid Religionis & Majestatis. *Arnis. d. Rep. L. 2. c. 2. ſetz. s. n. 11.* Hinc etiam vota Electio- nis intra eandem familiam optimè contineri, ſi in ea ſemper digni imperio inveniantur, docet Politicus consummatissimus *Bóxhoru. Inſit. Pol. L. 2. c. 2. §. 8.* Et ergo optimâ etiam ratione egerunt hacenū Sereniflmi Ele- tores Imperii, quod *baud mutatoria per novas familias, communis salutis gubernacula tradiderint*, dicente Plinio Secundo in *Panegyric.* *Maximian & Constantiu. p. m. 110.* Sed Genus *Austriacum*, ad felicitatem *Reip. Germ.* divinitus constitutum, ut de Divi Claudii genere ait *Trebellius Pollio.*



in vit. Div. I Clad. p. m. 355. in Electione Imperatoria reliquis Imperiorum Romani familiæ haecenùs prætulerint. Postquam enim Electio Imperatorum per constitutos Elec[t]ores, jam inde per aliquot Secula invaluit, hi eandem quoque ad certam aliquam familiam quasi restringere cœperunt, necessitate veluti quadam adacti; quippè ut Electio in certâ familia hodie instituatur, Imperii R. G. quam maximè interest, quandoquidem hic eligendi modus ad præcavendas turbas & factiones, & ad tranquillandum Imperium omnium optimus videtur; ita enim cordatores observant Politici, quod sicuti veteris Germaniae moribus apprimè commoda fuerit, illa ex successione hæreditaria & libera electione mixta constituendorum Regum ratio; ita optimè contigerit Germania, ut à ducentis jam amplius annis, cognita illa successio vetus ex parte ab Elec[t]oribus rursus observaretur. Quod nisi factum fuisset, forte ne umbra quidem Imperii Germani superesset. v. Conring. de Germ. Imp. Rom. cap. 9. Funcius in Breu. Orb. Imp. c. 1. qu. 79. p. m. 67. atque arcanum Collegii Electoralis non paucis apparet, unanimiter & constanter in Serenissima Domo Austriaca præprimis, huc usque continuasse, atque hodiennum continuare electionem Imperatoriam. v. Func. l. c. qu. 81. Causas hujus ipsius rei, cur minimum jam ultra ducentos & septuaginta annos noninterruptâ serie ex una hâc Archiducali familia Imperatores Regesque Romano Germanici electi atque creati sint, adducit nonnullas pro cetera sua sagacitate Monzambanus de Stat. Imp. c. 2. §. 4. Quod videlicet vix illa sit præter illam in Germania domus, qua par sit ferendis sumptibus, quos Majestas Imperialis requirit, quæ Cæsarei fastigii splendorem propriis redditibus sustinere queat. Præterea in casu præteritionis, Austriaci opes suas ita disposuerint, ut nullo negotio peculiarem Rem publicam constituere possent. Nec inter leviores causas est, quod non solum nulla alia præter ipsam Austriacam familiam, facile obiceni ponere Turcicæ possit potentia. v. Limn. L. 2. c. 3. n. 6. Sed & quod deprehendatur tam commodus situs nonnullarum provinciarum Austriacarum versus Italiam, & inè quidquid Cæsari autoritatis atque Juris est in Italianam validè suffulciendi ac vindicandi facultas, Imperatoribus ex alia domo non adeò in promptu futura; ut ut quidem machinationibus Pontificis usus juris ac prætentionum Imperii in Italianam aliasque provincias fatis exiguis etiam sub Austriacorum regimine per aliquot secula fuerit nisi quod ob nuperissima Cæsaris & Imperii arma victoria in Italia revivisece incepint effictus Dominii directi, quod Imperio nostro in Regnum

Lon-

*Longobardicum, Patrimonium Petri, Liguriam, Hetruriam, & tantum non omnes Italicas provincias competit. vid. Conring. Tr. de Finibus Imperii. Simon Henr. Museus de Juribus in Parma & Placentia Ducatus à Pontif. male pretens. vel usurpat. pag. 106. seq. Quemadmodum & superioribus annis suscepta proscriptio Dux Mantuanus novum suppeditavit documentum. Atque has modo dictas rationes adeo plene prægnantes nonnulli existinant, ut etiam non quidem abs te ambigant: *Cuiam, si aliquando deficeret proles masculina in Domo Austriae postea Dignitas Augusta imprimis accessura esset?* Et sane si curiositati & conjecturis privatis locus, casu contingente, (quod ut Deus avertat commune votum est) quia Austriae Regna & Provincia ad Fœminas etiam devolvuntur, & deficientibus etiam his ab ultimo possessore quovis modo alienari possunt. conf. Monz. d. Stat. Imp. c. 2. §. 4. hactenus bene forsitan persuasi esse possumus, quod pluralitas votorum Electoralium erga illum Principem, qui vel haeres tantorum bonorum, vel qui connubio cum Archiducissimā contracto, simul vi tanti matrimonii Dominus evasurus esset, ob rationes supra tacatas, procul dubio aliquando inclinatura sit, praesertim cum machinationes Gallicanæ, ob vires praesenti bello indies decrescentes, contra Archiducalem Domum non adeo imposterum extimescenda videantur, ut tempore *Electionis Leopoldi* erant. conf. Puffend. Hisp. Frid. Wilhel. Elec. Brand. lib. 7. §. 31. seqq.*

Accedit his omnibus, quod una Domus Austriae sit, quæ sati utiliter & feliciter hucusque tenuit Imperium R. G. & jure merito suspicienda veniant præclarata in Rempublicam merita, quibus sanci omnibus Bellici Pacisque temporibus Austriae supereminenter, & ob quæ etiam totum Imperium ad omnimodum obsequi atque gratitudinis genus jam pridem sibi reddidere quam devinctissimum. Ut itaque non sine gravissimis rationum momentis Serenissimi Electores commoti, intra eandem Domuni Austriacam in moderna Electione Imperatoria rufus substiterint, & Carolum, ex familiâ Austriae Principem unicè hodie adhuc superstitem, unanimi consensu ritè declaraverint Imperatorem, utpote quem non gloriosa Majorum memoria solùm, sed & propria virtutes & qualitates supra dictæ omnibus commendabant, & ad fasces Imperii suscipiendos undique maxime idoneum atque ita omnimodo babilem probabant, ut antequerendum huic neminem omnino arbitrati sint. Neque vero id factum putemus sine ecclœsia providentia ductu atque instinctu, à quâ omnis est Majestas. Quin, sicuti olim Athenienses Delphos deliberatum miserunt, qui conflu-

consilienter Apollinem, quo potissimum Duce uterentur? & his consilientibus nominatum Oraculum, responsi loco, praecepit, ut Milthiadem sibi Imperatorem sumerent. Id si fecissent incepta prospera futura. Cornel. Nep. in Milth. c. 1. Ita quoque, non quidem itud Diaboli Oraculum ludibrium, sed imò ipsummet Sanctissimum Cœli Nunen, uti credere fas est, piis ipsis, quas antequam ad Electionem procedant, pro felici ejusdem successu peragere solent Serenissimi Imperii Præcères, precibus aures præbuit proprias, benignissime respondit, & animis deliberantium, quid statuerint, suggestit, & veluti nominatum etiam præcepit, ut non nisi Carolum sibi Imperatorem sumerent. Fecerunt, in eoque Principe suffragia Electorum singula, mirabili quadam consonantia ac harmonia, unanimiter & circa omnem factiōtem vel discordiam, fausto sanè omnia convenerant. Quantò magis ergo nos quoque, prospéra omnia nunc futura, nobisque ex Imperio Caroli felicia quavis eventura, sine omni dubio speremus? Etenim hoc ut faciamus non abs re est. Id verò nunc præcipue nobis incumbit, ut referamus videlicet DEO Ter Optimo Maximo pro Sua in nos benignitate gratias immortales, juxtapaque hoc inserviantur Gloria Principis Summi, eo quo par est, obsequiū & devotionis ardore; utque nihil desideremus ad summam felicitatem, tranquillitatem & atque firmam Germaniæ pacem futuram, DEUM solicitemus, &c, quod publicaclamatione & applausu modo fecimus, intimis perpetuò reperamus votis ac suspiriis, ut scilicet Europæ diu, diu Germaniæ, vivat, valeat,

Familia Austríaca, vivat semper invictus, semper Augustus, Imperator noster

CAROLUS SEXTUS! FINIS.

{R} Omano
Germano } Imperio dignos qui fascibus ornas,

Dignus es, ut quondam digna brabea feras.

Hac gratulab. Nobilib. Dno Reffond. at

Authorib. Fautori honoratib. amoris
favorisque contest. Causâ lub. app.

PRÆSES.

Tübingen, Diss., 1710-13

55.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



I. N. F.

R. G. 23
Publ. C. num. 51.

DISSE^TATI^O
POLITICO-JURIDICA 1712, 4
DE
LECTI^ON^E
IMPERATORIS.
CONTINENS 10
HABILITATEM
PERSONÆ ELIGENDÆ,
Quam
Adspirante Numinis Divini Gratia,
AGNIFICI atque AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
indulta,
In Illustrissima EBERHARDINA,
SUB PRÆSIDIO
N. GABRIELIS SCHWEDE^RI, J.U.D.
Cæsarei Palatii Comitis, Sereniss. Würtemb. Ducis
Consiliarii, Placitorum Feudalium & Juris Publ.
Professoris Ordinarii.

Dn. Patroni ac Preceptoris sui summo
cultu aeternum devenerandi.

H. L. Q. C.

Die Jun. ANNO clo Iocc XII.
Publico Eruditorum Examini submittit

JOHANNES BERNHARDUS GAUPP, Esslingensis.

TUBINGÆ, Typis Vidiis GEORG. HENRICI REISI.

KENFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE